uoluit. bis in exilium actus est. Amurgantinis apud quos exulabat
odio syracusanorum. Primo ptor. mox dux creatur. 7 in eo bello & ur
bem leontinorum cepit & patriam suam syracusas obsidere coepit. 7
ad cuius auxilium amylcar dux poenorum inploratus. deposi tis
hostibus odii presidia militum mittit. Vno eodemq. tempore sy
racusae. & ab hoste ciuili amore defensae. & a ciue hostili odio impugna
te sunt. Sed agathocles cum uideret fortius defendi urbem quā
obpugnari. precibus per internuntios amylcarem exorat. ut
inter se & syracusanos pacis arbitria susciperet. peculiaria in ipsum
officia sui repromittens. 7 qua spe implet us amylcar soti & tem cū
eo metu eius potentiae iungit. ut quantum uirium agathocli ad
uersus syracusanos dedisset & tantum ipse adincrementa domesticae
potentiae recuperaret. Igitur non pax tantum agathocli con
ciliatur. uerum & iam praetor syracusis constituitur. 7 tunc amyl
cari exposi tis ignibus cereis tactisq. in obsequia poenorum iurat. 7
deinde acceptis abeo v. milibus afrorum. potissimis quoq. exprin

cipibus interficit. Atq; ita uoluti rei publicae statum formaturus. populum in theatrum ad contionem uocari iubet. Contracto in gymnasio senatu quasi quaedam prius ordinaturus. Sic compositis rebus inmissis militibus. populum obsidet senatum trucidat. cuius peracta caede. ex plebe quoq; locupletissimos et promptissimos interfecit. His rite gestis militem legit. exercitumq; conscribit. quo instructus finitimas ciuitates nihil hostile metuentes. ex improuiso adgreditur. poenorum quoq; socios permittente amylcare foede uexauit. propter quod querellas chartaginem socii nostram deagathocle quam deamylcare detulerunt. hunc ut dominum et tyrannum illum ut proditorem arguentes. aquo infestissimo hosti fortunae sociorum inter positae factione donatae sunt. sicut abinitio syracusae inpignus societatis sint traditae. urbs semper poenis infesta et deimperio siciliae carthaginis aemula. nunc insuper ciuitates sociorum eidem titulo pacis addictas denuntiare igitur se haec breui ab ipso redundatura ac prope diem sensuros quantum mali non siciliae magis quam ipsi africae adtulerint. His querellis senatus in amylcarem accenditur. sed quo in imperio et tacitae deco suffragia tulerunt et sententias priusquam rectarentur in urnam conlectas obsignari iusserunt. dum aber hamilcar gisgonis filius asicilia uertere tur. sed haec callida commenta poenorum et sententias inaudita morte amilcaris pre

fraenus

uenit·libertatisq· est fati munere quem per iniuriam ciuesin
auditum dampnauerant·quaerens agathocli aduersus poenos occa
sionem mouendi belli dedit. Prima igitur illi cum amylcare gis
conis filio proelii congressio fuit·aquo uictus maiori dolore pa
ratur bellum syracusas concessit·sed secundi certaminis eadem
fortunae quae & prioris fuit. Cum igitur uictores paene syracusas
obsidione cinxissent·agathocles quod se neq· uiribus parem neq· ob
sidionem ferendam instructum uiderat·super haec a socius crudeli
tate eius offensis desertus eet·statuit bellum in africam transferre·
Mira audacia. mira prorsus audacia ut quibus in solo urbis suae par non erat eorū
urbi bellum inferre & q̄ (sua) statueri non poterat impugnare & aliena·
uictusq· uictoribus insultare & huius consilii non minus admirabile
silentium quam commentum fuit. populo hoc solum professus
inuenisse se uictoriae uiam·animos illi tantum in breuem obsidionis
patientiam firmarent. Vel cui status p̄sentis fortunę displiceret &·
dare se ei discedendi liberam potestatem·cum ille (x) scenti discessissent·
ceteros obsidionis necessitatem frumento & stipendio instruit·L·
talentum secum talentis ad praesentem usum auferet·cetera ex hos
te melius quam ex sociis parituros·omnes deinde seruos militaris
aetatis libertate donatos sacramento adegit·eosq· & maiore par
te ferme militum nauibus inponit·ratus exequatae utriusq· ordi
nis conditione·mutuam inter eos uirtutis aemulationem futurā·

ceteros omnes ad tutellam patriae relinquit. Septimo igitur im
perii anno comitibus duobus adulta r filius archagato & heraclida.
nulli militum scienti quo ueheretur. cursum in africam dirigit.
cum omnes aut in italiam praedatum se aut in sardiniam triturus
crederent. Tunc primum exposito in africae litore exercitui con
silium suum omnibus apperit. quo in loco syracusae positae sint
ostendit. Quibus aliud nullum auxilium superest. Quam ut
hostibus faciant quae ipsi paciuntur. quippe aliter domi aliter
foris bella traiectari. domi ea sola auxilia esse quae patriae uires
subministrent. foris hostem & iam suis uiribus uinci. deficientibus
socius & odio diuturni imperii externa auxilia circumspicientib.
huc accedere. quod urbes castellaq. africae non muris cinctae. non
in montibus positae sint. sed in planis campis sine ullis munimentis ia
cent. quas omnes motu excidii facile ad belli societatem pertrahi
se. maius igitur carthaginiensibus ab ipsa africa quam ex sicilia
exarsurum bellum certura. quae auxilio omnium aduersus unam
urbem nomine quam opibus ampliorem. & quas non adtulit uires
inde sumpturum. & in repentino poenorum metu modicum mo
mentum uictoriae fore. quantas audacia hostium perculsi tre
pidaturi sint. accessura & uillarum incendia. castellorum urbiumq.
contumaciam direptionem. tunc ipsius carthaginis obsidionem
quibus omnibus non sibi tantum in alios. sed & aliis insentient

patere bella: his non solos poenos uinci sed & in siciliam liberari
posse. nec enim moraturos ineuntis obsidione hostes: cum sua ur
gentur. nusquam igitur alibi facilius bellum. Sed nec pdam
uberiorem inueniri posse. Nam capta carthagine omnem africā
siciliamq; premium uictorum fore: gloriam certe tam honestam
militiae. tantam in omnem aeuum futuram: ut terminari nul
lo tempore obliuionis possit. ut dicatur eos solos in mortalium
esse: qui bella quae domi ferre non poterant: ad hostes transtule
rint: utroq; uictores insecuti sint: & obsessores urbis suae. obsede
rint. omnibus igitur fortia: ac laeto animo bellum ineundum: quo
nullum aliud possit. aut premium uictoribus uberius: aut uictis
monumentum inlustrius dare. his quidem abhortationibus ani
mi militum erigebantur. secreta rebat eos portenti religio. qd
nauigantibus sol defecerat. Cuius rei rationem. non minore
cura rex quam belli reddebat: ad firmandas priusquam pro
ficiscerentur factus esset & credituru ad uersum profecturos
prodigium ee. nunc qui egressis accidere. illis adquos erat por
tendere. porro defectus naturalium siderum. semper pmanen
rerum statum mutare: certumq; eet florentibus carthaginien
sium opibus: aduersisq; rebus suis commutationem significari.
Sic consolatis militibus: uniuersas naues consentiente exercitu
incendi iubet: ut omnes scirent auxilio fugae adempto. aut uincen

dum aut moriendum ee. Idem cum omnia quaecumq; ingrede
rentur proſternerent. caſtella uillaſq; incenderent. obuius ei fu
it cum xxx. milibus paganorum. annoſq; d proelio commiſſo duo
deſcalus. iii. milia depoenis cum ipſo duce ceciderẽ. hac uicto
ria ſiculorum animi eriguntur. & poenorum franguntur. 7
agathocles uictas hoſtibus urbes caſtellaq; expugnat. predas Agathocles uicit.
ingenter agit. hoſtium multa milia trucidat. caſtra deinde
inquinto lapide a carthagine ſtatuit. ut damna cariſſimarum re
rum uaſtitatemq; agrorum & incendia uillarum. demuris
ipſius urbis ſpectarentur. Inter ea ingens totae africae deſec
poenorum exercitus fama occupatarumq; urbium deuulga
tur. Stupor itaq; omnes admiratio inceſſit. Unde tanto im
perio tam ſubitum bellum. preſertim abhoſte tam uicto. admira
tio deinde paulatim uilipendium poenorum uertitur. Nec
multo poſt. non afri tantum. uerum & iam urbes nobiliſſimae
nouitatem ſecutae. ad agathoclem deſciſcere. frumentoq; & ſti
pendio uictorem inſtruxere. His poenorum malis & iam de
lectus in ſicilia cum imperatore exercitus. uelut quidam aerum
narum cumulus acceſſit. Nam poſt profectionem a ſicilia
agathoclis in obſidione ſyracuſarum poeni ſegniores reddi
ti. abantando fratre regis agathoclis occidione cieſi nuntiabun
tur. Itaq; cum domi foriſq; eadem fortuna carthaginien

fides punica.

sium eet. iam non tributarias tantum abhis urbes. uerum & iam
socii reges deficiebant. amicitiarum iura non fide. sed successu pon
derantes. Erat inter ceteros rex cyrenarum Afellas. quispe in probi
regnum totius africe amplexus. societatem cum agathocle per lega
tos iunxerat. pactusq. cum eo fuerat. ut sicilie illi. sibi africie im
perium uictis carthaginiensibus cederet. Itaq. cum adbelli socie
tatem eum cum ingenti exercitu ipse uenisset. agathocles blando al
loquio & humili adulatione. cum epulis simul cenassent adopta
qualiter age thocles affellā per emit. tusq. filius eius in Afella eet. incautum interficit. occupatoq. exerci
tu eius. iterato carthaginienses omnibus uiribus bellum scienter. mag
no utrinsq. exercitus sanguine graui proelio superat. hoc certaminis
discrimine tanta desperatio inlata poenis est. ut nisi in exercitu
hamylcar rex poenorum cruci subfixus Ā socius agathocles orta seditio fuisset. transiturus ad eum hiomylcar rex
poenorum cum exercitu fuerit. obquam noxam in medio foro apoe
nis patibulo suffixus est. ut idem locus monimentum supplicii eius
eet. quia ante fuerat ornamentum honorum. sed homilcar mag
no animo crudelitatem ciuium tulit. adeo ut de summa cruce uelut
de tribunali in poenas scelera contionaretur. Abiecta insinnocentis
humilcar decru ce poenos increpabat. exilium. Nunc amilcharem patruum suum tacitu suffragii
quod agathoclem socium illius facere quem hostem maluerit.
Haec cum in maxima populi contione uociferatus eet. exspirauit.
Interea agathocles profligatis in africa rebus. tradito Arta gatho fi

lio exercitu insiciliam currit. nihil actum in affrica existimans. si
amplius siracusae obsiderentur. Nam post occisum amilcarem gisgo
nis filium. nouus eo apoenis missus exercitus fuerat. Statim igitur
primo aduentu eius omnes siciliae urbes. auditis rebus quas in afri
ca gesserat. certatim se ei tradunt. atq. ita pulsis siciliae poenis.
totius insulae imperium occupauit. 7 in africam deinde reuersus.
seditione militum excipitur. 7 Nam stipendiorum solutio in aduen
tum patris dilata. a filio fuerat. 7 igitur in contionem uocatis. blan
dis uerbis permulsit. stipendia illis non ase flagitanda. ee. sed abhos
te quaerenda. communem uictoriam. communem praedam futu
ram. paulum modo admitterentur. dum belli reliquiae peragun
tur. cum sciant carthaginem captam. spes omnium expletura. 7
sedato militari tumultu. interiectis diebus. ad castra hostium exer
citum ducit. 7 ibi inconsultius proelium committendo. maiorem
partem exercitus perdidit. 7 cum itaq. in castra fugisset. uersamq.
in se a inuidiam temere commissi belli uideret. pristinamq. of
fensam non despensi stipendii moueret. Concubia nocte solus
a castris cum arcagatho filio profugit. 7 quod ubi miles cognoue
re. h aut secus quam si ab hoste capta ee. trepidauere. 7 bisse a rege
suo in medius hostibus relictos ee proclamantes. salutemq. suam
desertam abeo ee. quorum ne sepulturae quidem relinquenda
fuerit. 7 n. Cum persequi regem uellent. animadis excepti

concubia.
fugit agatho
cles ex africa

incastra reuertuntur. Conprehenso tamen ꝛ acar gagho tago qui apa
tre nocturno errore discesserat. Agathocles autem nauibus quibus
reuersus a sicilia fuerat. cum custodibus earundem siracusas de
fertur. exemplum flagitii singulare. rex exercitus sui deserto
filiorumq; pater proditor. Interim in africa post fugam regis
militem pactione cum hostibus facta. inter fectis agathoclis liberis.
carthaginiensibus se tradidere. ar ga gathŏr cum occideretur ab
arcesilao amico antea patris. rogauit eum. quidnam liberis eius
facturum agathoclem pater. per quem ipse liberis careret. Tunc
respondit satis habere se quod superstites eos ee agathoclis liberis
sciat. post haec poeni. ad persequendi belli reliquias ducem sicili
am miserunt. cum quibus agathocles pacis aequis conditionibus
fecit. POMPEI TROGI EPITOMA HISTORIARUM · EXPLICIT

Dictum & responsum cum occideretur archagathi filius agathoclis.

LIBER VIGISIMUS SECUNDUS. INCIPIT LIBER · XXI · III ·

AGATHOCLES REX SICILIAE PACIFICATUS.

cum carthaginiensibus partem ciuitatium ase fidutia uirtutis
dissidentem armis subegit. dein quasi angustis insulae terminis
clauderetur. Cuius imperii partem primis incrementis nesperaue
rat quidem. in italiam transcendit. exemplum dyonisii secutus.

Agathocles in italia transcendit.

qui multas italiae ciuitates subegerat. primi igitur hostes illi
bruttii fuere. quia & fortissimi tum & opulentissimi uidebantur.
Simul & adiuriarum uicinorum prompti. Nam ꝛ multarum ciui

tates grecinominis italiae expulerant. Auctores quoq; suos luca
nos bello uicerant. & pacem cum his aequis legibus fecerant. tan
ta feritas animorum erat. ut nec originē suae parcerent. Nam q.
lucani eisdem legibus liberos suos quibus & spartani instituere solti
erant. quippe ab initio pubertatis in siluis inter pastores habebant
sine ministerio seruili. sine ueste qua indŭerent. uel cui incubarent
ut a primis annis duritiae parsimoniaeq. sine ullo usu urbis adsu
escerent. cibus his praeda uenatica. potus aut lactis aut fontium
liquor erat. sic ad labores bellicos indurabantur. Horum igitur
ex numero. L. primo exigui finitimorum praeda resolti. confluen
te deinde multitudine sollicitati praedam cum plures facti
essent infestas regiones reddebant. itaq. fatigatus quaerellis sotioq
dyonisius siciliae tyrannus. sexcentos afros ad conperendos eos mi
serat. quorum castellum proditum sibi p brutticiam mulierē
cui expugnarunt. ibiq. ciuitatem concurrentibus ad opinio
bonem nouae urbis pastoribus statuerunt. bruttiosq. se ex nomi
ne mulieris uocauerunt. Primum illis cum lucanis origo fuit. siue
auctoribus bellum fuit. quia uictoria erecti. cum pacem aequo
iure fecissent. ceteros finitimos armis subegerunt. ac tantas q. oppi
breui consecuti sunt. ut pernitiosi etiam regib. haberentur.
Deniq. alexander rex epyrus cum in auxilium grecarum ciuita
tum cum magno exercitu in italiam uenisset. cum omnibus copiis

lucanos spartanorum similes instituit.

de bruttis

unde bruttii uocantur.

abhir deletur est. quare fertas eorum successu felicitatis incensa.
diu terribilis finitimis fuit. ad postremum inploratus agathocles
spe ampliandi regni a sicilia traiecit. principio aduentus opinio
nis eius concussi legatos ad eum societatem amicitiamq. petentes
miserunt. quos agathocles ad cenam inuitatos ne exercitum traici
uiderent. & in posterum statuta his die conscensa naue frustratus
est. Sed fraudis haut luctus euentus fuit. siquidem reuertenti eum in
siciliam interiectis diebus paucis uis morbi coegit. quo toto corpo
re conprehensus. per omnes neruos arteriosq. humore pestifero grassan
te. ut lud intestino singulorum membrorum bellum pugnabatur.
Ex quae desperatione bellum inter filium nepotemq. eius regnum
iam quasi mortui uindicantibus. Oritur. occisio filio regnum nepos
occupauit. Igitur agathocles cum morbi cura egritudo grauio
resceret. & inter se alterum alterius malo crescerent. Desperatis
rebus uxorem suam texenam. gentisq. exec duos paruulos.
cum omni pecunia & familia. regaliq. instrumento quo pter rem
illum nemo regnum ditior fuit. nagubur inposita aegyptum
unde uxorem acceperat remittit. Timens ne predonem regni
sui hostem in. i. paterentur. quamquam uxor diu ne a begro
deuelleret. deprecata est. ne discessus suus aduingi nepotis par
ricidio posset. & tam cruente haec deseruisse uirum. quam ille in
pugnasse suum uideretur. nubendo se non prospere tantum

Deuxore & filiis abagathocle iam sene & morbo pereunte aegyptum missis.

sed omnis fortunae misse societatem nec inuitam periculo spiritus
sui empturam. ut extremos uiri spiritus exciperet. ut exequiarum
officium in quod profecturo se nemo sit successurus obsequio debito
pietatis impleret. Discedentes paruuli flebili ululatu amplexi
patrem tenebant. Ex altera parte uxor maritum non amplius uultura oscula fatigabat. nec minus senis lacrime miserabiles erant. 7
flebant hi morientem patrem. ille exules liberos. hi discessu suo
solitudinem patris. aegri senis. ille in spe regni susceptos. relinqui
in egestate lugebat. Inter haec regia omnis ad sistentium fletibus
tam crudelis discidii impleta resonabat. Tandem finem lacrimis necessitas profectionis imposuit. & mors regis proficiscentes filios insecuta est. Dum haec aguntur. carthaginienses cognitis
quae in sicilia agebantur. occasionem potiundae insulae occupandae
datam sibi existimantes. magnis uiribus eo traiciunt. multasque
uastitates subigunt. Eo tempore & pyrrus aduersus romanos
bellum gerebat. qui imploratus a sicilia in auxilium sicuti dictum
est. Cum syracusas uenisset. & rex siculae. Sicuti. epyri appellatur. 7
quarum rerum felicitate lasciuit helono filio siciliae. uelut autumans
Nam susceptus & filia agathoclis regis erat. alexandro autem ita
uiuae regnum destinat. Post haec multa secunda proelia cum
carthaginiensibus facit. Inter iecto deinde tempore. legati ab
italicis sociis uenere. nuntiantes resisti romanis non posse. deditos

post agathoclis mortem pyrrus asyolis aduersum carthaginienses rogatus.

onemq· fituram nisi subueniat· Anxius tam ambiguo periculo·
incertusq· quid ageret· Uel quibus primum subuenire· inu
trumq· pronus consultabat· quippe instantibus hinc cartagini
ensibus· inde romanis· periculosum uidebatur exercitum intac
tum non traicere· periculosius· sicilia deducere· ne aut illi non
lata ope· aut hi deserta amitterentur· In hoc actu periculorum·
tutissimus portus· Consiliorum uisus est· omnibus uiribus de
cernere in sicilia· & profligatis cartaginiensibus· uictorem exerci
tum transponere in italiam· Itaq· conserto proelio cum superi
or fuisset· quo tamen sicilia abire· & pro uicto fugere uisus est·
redit⁹ pyr ri in epirum
ac propter ea socii abeo defecerunt· & imperium siciliae tam
cito amisit quam facile quaesierat· Sed nec in italia meliore feli
citate usus· in epirum reuertitur· admirabilis utriusq· rei casus
in exemplum fuit· Nam sicut ante secunda fortuna rebus supra
uota fluentibus· italiae siciliaeq· imperium· & tot de romanis uic
toriis adtraxerat· ita nunc aduersa uelut ostentationem fra
gilitatis humanae destruens· quae cumulauerat· siculensi ruinae
naufragium maris· & foedam aduersus romanos pugnam· turpeq·
post pyrrum siciliae rex hiero creatur
abitalia discessum abiecit· post profectionem sicilia pyrri magis
tratus hiero creatur· Cuius tanta moderatio fuit· ut consenti
ente omnium ciuitatium fauore· dux aduersus cartaginienses
primum· mox rex crearetur· huius fortunae maiestatis ipsa in

fantaseductio quasi prenuntia fuit · quippe genitus erat patre
hierocrito nobili uiro · Cuius origo agelo antiquo syciliae tyran
no manabat · sed maternum illi genus sordidum · atq; adeo pudi
bundum fuit · Nam exancilla natus ac propter ea a patre uelut
dehonestamentum generis expositus fuerat · Sed parvulum
& humanę opis egentem · aper congesto circa iacentem mille mul
tis diebus aluere · obquam rem responso aruspicum admonitus
pater · qui regnum infanti portendi canebant · paruulum recol
ligit · omniq; studio adspem maiestatis quae promittebatur
instituit · idem in ludo inter coaequales discentis lupus tabulam
inturbę puerorum repente conspectus eripuit · Adolescenti
quoq; prima bella ineuntis aquila in clypeo nocturna in hastę
consedit · Quod ostentum & consilio cautum · & manu promp
tum · regemq; futurum significabat · deniq; aduersus prouo
catores sępe pugnauit · semperq; uictoriam reportabit · Apyr
ro rege multis militaribus donis donatus est · pulchritudo et
corporis insignis fuit · et quoq; in homine admirabilis fuere · -
in adloquio blandus · in negotio iustus · in imperio moderatus · -
prorsus ut nihil ei regium deesse praeter regnum uideretur · -

Deus spicatus hieronis an cillae nati ·

Laus hieronis ·

EXPLICIT LIBER · XXI · TERTIUS · INCIP LIB VIGISIMUS QUARTUS

DUM HAEC IN SICILIA GERUNTUR · IN
terim grecia dissidentibus inter se bello ptolomeo ceraun

& antiocho & antigono regibus omnes ferme gretiae ciuitates duci
abus spartanis uelut occasione data ad spem libertatis erectae emis
sis inuicem legatis per quos in societatis foedera allegarentur.
in bellum prorumpunt. & necum antigono sub cuius regno erat
bellum coepisse uiderentur. socios eius & colos adgrediuntur.
Causas belli prendenter. quod consensu gretiae sacratum appollini
carreum campum peruium occupassent. Huic bello ducem deli
gunt arean. qui adunato exercitu urbe itaque in his campis posi
ta depopulatur. quae auferri non poterant incendit. quod cum
emontibus conspicati pastores & colorum essent congregata admodū
quingentis parsos hostes ignorantesq. quanta manus esset & quo con
spectum illis metus & incendiorum fumus abstulerat consectant.
trucidatisq. admodum nouem milibus praedones in fugam uer
terunt. ire parantibus deinde spartanis bellum. auxilium mul
tae ciuitates negauerunt. existimantes eos dominationem non
libertatem gretiae quaerere. inter ea inter reges bellum finitur.
Nam ptolemeus pulso antigono. cum regnum totius macedoniae
occupasset. pacem cum antiocho facit. ad finitatemq. cum pyrro
rege. data ei in matrimonium filia sua iungit. & exinde externo metu
deposito. imperium & facinorosum animum ad domestica scele
ra conuertit. insidiasq. arsinoae sororis suae instruit. quibus
& filios eius. uitam & ipsam cassandrae urbis possessione priuat.

admodū

Cassandria urbs

primus ei dolus fuit simulato amore sororis matrimonium petere. 7
aliter enim ad sororis filios quorum regnum occupauerat quam
concordiae fraude peruenire non poterat. 7 sed nota scelera Pto
lomei uoluntas sorori erat. 7 taq. non credenti mandat uelle secu
filius eius regni consortium iungere. cum quibus non ideo se armis
contendisse. quo eripere his regnum. sed quod id facere sui muneris
uell& 7 in hoc mittere& arbitrium iuris iurandi. quo presente apud
deos patrios. quibus uell& obsecrationibus se obligare& 7 incerta arsinoe
quid ager& simittere& decipi periurio si non mittere&. prouocare
rabiem fraternae crudelitatis timebit. 7 taq. plus liberis quam sibi
timens. quos matrimonio suo protecturam se arbitrabatur. mittit
examicis suis dionem. quo perducto in sanctissimum iouis tem
plum. ueterrimae macedonum religionis. ptolemeus sumptis in
manus altaribus. contingens ipsa simulacra & puluinaria deoy. lusiurandum
in audita ultimisq. exsecrationibus adiurat. Se sincera fide, so ptolomei pro
roris matrimonium petere. nuncupaturum q. se eam reginam. neq. nunciis sororis
in contumeliam eius se aliam uxorem. alios se quam filios eius li
berum habiturum. arsinoe & post quam & spe impleta est. &
mox solita. ipsa cum fratre conloquitur. cuius uultus & blandien
tes oculi. cum fidem non minorem quam iusiurandum promit
terent. reclamante ptolomeo filio. fraudem sub ee. in matrimo
nium fratris concedit. 7 nuptiae magno apparatu laetitiaq.

omnium celebratur. ad contionem quoq; uocato exercitu captu
sororis diadema imponit. reginamq; eam appellat. quonomine in
lectulum effusa arsinoe. quia quod morte lysimachi prioris mari
ti amiserat. recepisse & ultro uirum in urbem suam cassandream inui
tat. Cuius urbis cupiditate fraus struebatur. praegressa igitur
uirum. diem festum urbi inaduentum eius indicit. domos templa
cęteraq; omnia exornari iubet. Aras uictimasq; hostias disponi. filios
quoq; suos lysimachum sedecim annos natum. philippum triennio
minorem. utrumq; forma insignem. coronatos occurrere iubet. et
quos ptolomeus ad celebrandam fraudem cupide. & ultro modum
ueręf adfectionis amplexus. osculis diu fatigat. ubi ad portam uentum est
occupari arcem iubet. pueros interfici. qui cum ad matrem confu
gissent. In gremio eius inter ipsa oscula trucidantur. Proclamans
te arsinoe. quid tantum nefas. aut nubendo. aut post nuptias
contraxissent. pro filiis sępe se percussoribus obtulit. frequenter
corpore suo puerorum corpora amplexata protexit. uulneraq;
excipere quae liberis intendebantur uoluit. ad postremum & ita
spoliata funeribus filiorum. excussa uestę. & crinibus sparsis cum
duobus seruulis exurbe protracta. samothraciam in exilium abiit.
eo miserior. quod mori ei cum filiis non licuit. sed nec ptolemeo in
ultia scelera fuerunt. quippe diis inmortalibus. tot per iura
& tam cruenta parricidia uindicantibus. breui post agathocles spo

. att ritum .

ptolomeus filium sororis interficit ipsum post nuptias in exilium mittit.

ptolomeus agathocles uiolentus trucidatusq; est.

liatoꝝ regno captusq; uitam ferro ut meruerat amisit. namq; galli
abundanti multitudine cum eos non caperent terrae quae genu
erant. ccc. milia hominum adsedes nouas quaerendas uelut uer
sacrum miserunt. exhis portio in italia consedit. quae & urbem
romanam captam incendit. & portio illyricos sinus duabus aub.
nam augurandi studio galli praeter ceteros callent. per stragem
barbarorum penetrauit. & in pannonia consedit. gens aspera. au
dax bellicosa. quae prima post herculem. cui ea resuir tuit ad
miratione & immortalitate fidem dedit. alpium inuicta iuga.
& frigore intractabilia loca transcendit. ibi domitis pannonijs.
per multos annos cum finitimis uaria bella gesserunt. Hortan
te deinde successu diuisis agminibus. alii gretiam. alii macedoni
doniā omnia ferro prosternentes peruere. tantusq; terror gal
lici nominis erat ut & iam reges non lacessiti. ultro pacem ingenti
pecunia mercarentur. solus rex macedoniae ptolomeus. aduentū
gallorum intrepidus audiuit. isque cum paucis & inconposita qua
si bella non difficiliusquem scelera patrarentur. parricidiorum fu
rijs agitatus occurrit. Dardanorum quoq; legationem. xx. milia
armatorum in auxilium offerentem spreuit. addita insuper contu
media actum demacedonia dicens. sicum totum orientem solido moueri. ſ.
Nunc inuindictam finium dardanis egeant. militer se habere fi
lios eorum quibus alexandro rege stipendia toto orbe terrarum

Demultitudine gallorum & ro ma urbe peor captu

ñ nō bene.

Conserua.

Deleuitate ptolomei & iu dicio regis char thum

uictore fecerunt·ubi dardano regi nuntiatu sunt inclytum illud ma
cedoniae regnum·breui immaturi iuuenis temeritate casurum dix̄.
Igitur galli duce bellio adtemptandos macedonum animos legatos
ad ptolemeum mittunt·offerentes pacem fiemere uellint. Sed
ptolomeus inter suos belli m&li pacem gallos p&cere gloriatus est.
Nec minus ferociter se legatis quam inter amicos uictavit·aliter se
pacem daturum negando·nisi principes suos obsides dederint·&ar
ma tradiderint·non enim fidem se nisi inermibus habiturum·re
nuntiatu legatione·risere galli·undiq· adclamanter breui sensurū
sibi an illi consulentes pacem obtulerint. Inter iectis diebus proe
lium conseritur·uicta macedones ceduntur·ptolemeus multis uul
neribus sauciatus·capitur·capiti eius ampitratum &lancea fixum·
tota acie aduersorem hostium circum fertur·plures ex macedo
nibus fuga seruabit·celeriter capti aut occisi. Haec cum nuntiatu
per omnem macedoniam esset·portae urbium clauduntur·luc
tus omnia replentur·nunc orbitatem amissorum filiorum dole
bant·Nunc excidia urbium m&luebant·Nunc alexandri philip
pi q· regum suorum nomina·sicuti numina in auxilium uocabus·
subillisse non solum tutos·uerum &iam uictores orbis terrarum
extitisse·ut uerentur patriam suam quam gloriam rerum gesta
rum caelo proximam reddidissent·in opem adflictis ferrent·
quos furor &temeritas ptolomei regis perdidisset orabant·despe

pugna ptolomei &gallorum qua ptolomeus occi ditur bellio duce

rantibus omnibus: non uotis agendum. sostenes unus de principibus macedonum ratus: contracta iuuentute & gallos uictoria exultantes conperit. & macedoniam abhostili populatione defendit. obq. uirtutis beneficia multis nobilibus regnum macedoniae adfectantibus ignobilis ipse praeponitur. & cum rex abexercitu appellatus esset & ipse nomen regis sed inducis nomen uirtute militer compulit. Inter ea brennus quo duce portio gallorum ingretiam se effuderat. audita uictoria suorum quibello duce macedonas uicerant indignatus parta uictoria opimam praedam & orientis spolius onustam facile relictam ee. ipse adunatis c.l. milibus pedestrium & xv milibus equitum inmacedoniam inrumpit. Cum agros uillasq. popularetur: occurrit ei cum instructo exercitu macedonum sostenes: sed pauci aplurib⁹ trepidi aualentibus facile uincunt. Itaque cum uicti se macedones intra muros urbium condidissent. uictor brennus nemine prohibente totius macedoniae agros depredatur. inde quasi terrena iam spolia sorderent animum ad deorum immortalium templa conuertit. scurriliter uocatur locupletes deos largiri hominibus oportere. Statim igitur delphos ter uertit praedam religione aurum offense deorum immortalium p̄ferens quos nullis opibus egere utqui ea largiri hominibus solent adfirmabat. Templum h̄ apollinis delphis positum est. in monte parnasso in rupe. undiq. concurrentes

qualiter sostenes agellis macedonicam recuperauit

. Brennus.

dicta brenni de deorum spoliatione.

Descriptio templi delphi.

in eo saxa consedere · atq · ita templum & ciuitatem non muri sed
p̃cipiã nec manu facta sed naturalia p̃sidia defendunt · prorsus
incertum sit utrum munimentum loci an maiestas dei plus hic
admirationis habeat · 7 media saxi rupe in formam theatri cessit · 7
Quam obrem & hominum clamor · & si quando accedit sonus per-
sonantibus & resonantibus inter se rupibus · multiplex audiri am
pliorq · quam edi tur resonare solet · Quae res maiestatis · maio
rem terrorem ignaris rei & admirationem stupentibus plerumq ·
adfert · 7 in hoc rupis ãm fractu media ferme montis altitudine
pluuiae exigua est · atq · ea profundum terrae foramen quod
oraculo patet · ex quo frigidus spiritus ui quadam uelamento
in sublime expulsus mentes · uatum inuecordium uertit · Imple
tasq · de responsa consulentibus dare cogit · 7 multa igitur ibi & o
pulenta regum ac populorum uisuntur munera · quae q̃ magnificentia
suu reddentium uota gratam uoluntatem & deorum
responsa manifestant · Igitur brennus cum inconspectu haberet
templum · diu deliberauit · an confestim rem adgredere tur · an
uero fessis suis militibus · noctis spatium ad resumendas uires
daret · 7 aemanus & thessalorus duces qui se ad praedae societatem iunx
erant · amputari moras iubebant · dum impares hostes & recens
aduentus sui terrori essent · interiecta nocte · & animos hostibus for
tes & auxilia accessura · & uias quae tunc pateant obstructu

Conserua bn ·

ri. sed gallorum uulgus exlonga inopia. ubi primum uinum ce-
teris q. commeatibus refertacturā inuenit. non minus abundantia
quam uictoria lętum. per agros sē sparserat. deser-tisq. signis ad
occupanda omnia p̄ uictoribus uagabantur. quę res delati
onem delphis dedit. prima namq. opinione aduentus gallor.
prohibiti agrem ſes oraculis ferunt. messem uinaq. uilli effer
re. cuius rei salutare praeceptum non prius intellectum ē. quam
uini cęterarum q. copiarum abundantia. uelut mora gallis ob
iectae auxilia finitimorum conuenire. priusq. urbem su
am delphi aucti uiribus sociorum per munirent. quam galli
uino uelut prędę incubantes. ad signa reuocarentur. Habe
bat brennus lectos ex omni exercitu peditum sexaginta
quinq. milia. delforum sociorum q. non nisi quattuor milia
militem erant. quorum contemptu brennus. ad audendos suos
animos prędę ubertatem omnibus ostendebat. fluctuantesq. cum
quadrigis quorum ingens copia procul uisebatur. solido auro
fulgere. plusq. in pondere quam in specie habere prędę adfir
mabat. hac adseueratione incitati galli. simul & aesterno me
ro saucii. sine respectu periculorum in bellum ruebant. contra
delphi plus indeo quam in uiribus reputantes. cum contemptu
hostium resistebant. Cadentesq. gallos. e summo montis uerti
ce. partim saxo. partim armis obruebant. in hoc partium certa

mine. repente uniuersorum templorum antistites. simul & ipse
uectus. sparsis crinibus. cum insignibus atq. infulis pauidi uecordesq.
in primam pugnantium aciem procurrunt. adiuenisse deum
clamant. eumq. se uidisse desilientem in templum. per culmini
aperta fastigia. dum omnes opem dei supplices implorant.
iuuenem supra humanum modum insignis pulchritudinis. co
mitesq. eadem armatosq. uirgines. ex propinquis ducibus diane
mineue. edibus occurrisse. nec oculis tantum haec se perspex
isse. audisse & illum stridorem arcus. ac strepitum armorum. pro
inde ne cunctarentur. diuinante signa nis hostem caedere. & illic
toriae deorum sociis se adiungere. Summis obsecrationibus
monebant. quibus uocibus incensi omnes certatim in proelium
prosiliunt. praesentium dei & ipsi statim sensere. Nam & terrae
motu portio montis abrupta b gallorum strauit exercitum.
Et confertissimi cunei non sine uulneribus hostium dissipati ru
ebant. insecutae deinde tempestas est. quae grandine & frigore sau
cios exuulneribus absumpsit. Dux ipse brennus cum dolorem uul
nerum ferre non posset. & pugione uitam finiuit. Alter exducib.
puntis belli auctoribus. cum decem milibus sauciorum. cruento ag
mine graecia excedit. Sed nec fugientib. fortuna commodior fu
it. siquidem pauidis nulla subtecta. actu noctis. nullus sine labore
& periculo dies. assidui imbres. & gelu nix concreta. & flumina. & lassi

Brennus delpico
rum certamine
uictus cum dolore
uulnerum ferre
non posset. & pugione
uitam finiuit.

tudo. & supér haec maximum per uigiliae malum miserar infelicis
belli reliquias obterebant. Gentes quoq. nationesq. per quas iter ha
bebant. palantes uelut praedam spectabantur. quo pacto euenit.
ut nemo extanto exercitu qui paulo ante fiducia uirium & iam deos
contemnebant. uel admemoriam tantae cladis super esset.

EXPLICIT LIBER VIGISIMVS QUARTVS INCIPIT LIB VIGISIMVS QUINTVS

INTER OUOS REGES ANTIGONUM ETANTI
ochum sticatta pace. cum in macedoniam antigonus reuerteretur. no
uus eidem repente hostis exortus est. quippe galli qui á brenno duce
cum in graeciam proficiscerentur. ad terminos gentis tuendos relicti fu
erant. ne soli desiderarentur. peditum xv. milia. equitum tria
milia armauerunt. fugatisq. getarum tribalorumq. copiis mace
doniae imminentes. legatos ad regem miserunt. qui pacem ei uenalem offerrent. simul regis castra specularentur. quos antigonus prore
gali munificentia. ingenti apparatu epularum adcaenam inui
tauit. sed galli expositum grande auri argentiq. pondus admiran
tes. atq. praeda ubertate sollicitatae. infestiores quam uenerant re
uertuntur. quibus & elephantos ad terrorem uelut inuisitatae barbaris formae. rex ostendi iusserat. nauer onustas copias demonstrari.
ignarus quod quibus ostentatione uirium malum sibi iniecere existi
mabat. eorum animos ut ad opimam praedam sollicitabat. Itaq.
legati reuersi ad suos omnia in maius excellentes. operi pariter & ne

uenale pacē.

glegentium regis ostendunt. referta auro & argento castra. sed neq. ullo fossarum munitu. & quasi satis munimenta indu tus haberent. ita eos omnia officia militaria intermisse. prorsus quasi ferri auxilio non indigerent. quo auro abundarent. hac relatione. auidae gentis animi. satis ad praedam incitabantur. accedebat tamen & exemplum belli. quod non magno ante tempore. macedonum exercitum cum rege trucidauerat. itaq. consentientibus omnibus. nocte castra regis adgrediuntur. qui p̄ sentientes tantum tempestatem. signum pridie dederat. ut omnibus rebus ablatis. in proxima silua tacti se occultarent. neq. alter seruatae castra quam quod desertae sunt. Siquidē galli. ubi omnia uacantia. nec sine defensoribus modo. uerō & iam custodibus uidentur. non fugam hostium sed dolum arbitrantes. diu intrare portas timuerunt. ad postremum integris & intactis munimentis. scrutantes potius quam diripientes. castra occupauerunt. Nunc ablatis quae inuenerant. ad litus conuertuntur. & ibi dum naues incautius diripiunt. a remigibus & a b exercitu parteq; eo cum coniugibus & liberis confugerant. nihil tale metuentes trucidantur. Tantaq. caedes gallorum fuit. ut antigono pacem opinio huius uictoriae. non a gallis tantum uerum & iam a finitimorum feritate praestiterit. Quamquam gallorum ea tempestate tanta fecunditatis inuentus fuit. ut asi

Capite galli.

am omnem uelut examine aliquo implerent. deniq. neq.
regesorientes. sine mercenario gallorum exercitu ullo bello
gesserunt. neq. pulsi regno. ad alios quam ad gallos confuge
runt. tantus terror gallici nominis. & armorum inuicta
felicitas erat. ita uterq. maiestatem suum tutum. neq. amis
sam recuperare se posse. sine gallica uirtute arbitrarentur. Ita
q. in auxilium bythiniae rege inuocato. regnum cum eo partito uic
toria diuiserunt. eamq. regionem gallo gretia cognouerunt.

Quare gallo gretia dicta

Dum haec in asia geruntur. interim in sicilia pyrrus apoenis
nauali proelio uictus. ab antigono macedoniae rege suplementum
militum per legatos petit. denuntians nimitti. redire se in regnum
necesse habere. incrementa rerumq. ve deromanis uoluerit de ipso que
siturum. quod ubi negatum legati retulerunt. dissimulatis causis
repentinam fingit profectionem. socios interim parare bellum iu
bet. arcessitae etiae custodiam. heleno filio & amico miloni tradit. Re
uersus in epyrum. statim fines macedoniae inuadit. cui antigonus cu
exercitu occurrit. uictusq. proelio in fugam uertitur. atq. ita pyr

Apirro fugatus antigonus

rus macedoniam in deditionem accepit. & ueluti damna amissa si
ciliae italiaeq. adquisito macedoniae regno pensasset. relicta ute
rentia filium & amicum arcessit. antigonus autem cum paucis aequi
tibus fuga comitibus. repente fortunae ornamentis destitutus. a
missi regni speculatorus euentus. thessalonicam se recepit. ut inde

cum conducta gallorum mercennaria manu bellum reparar&. Rursus abptolomeo pyrri filio fundit⁹ uict⁹. Cum septim comitibus fugiens. non iam recuperandi regni spem. sed salutis latebras ac fugae solitudines q. capt. Igitur pyrrus in tanto fastigio regni collocatus. iam nec eo ad quod uotis peruenien dum fuerat contentꝰ. greciae assueq. regna meditatur. neq. illi maior eximperio. quam ex bello uoluptas erat. nec quicquam pyrrum quaetuliss& imperium sustinere uidit. sed ita ad uincenda regna inuictus habebatur. ita de uictis adquisitisq. celeriter carebat. tanto melius studebat. Adquirere imperia quam retinere. itaq. cum copias cerroneas traiss& potuiss& legationibus athenien sium & acheorum messeniorum q. excipitur. sed & grecia omni admiratione nominis eius simul & rerum ca uersus romanos poenosq. gestarum. ad tantam aduentum eius expectabat. Primum illi bellum aduersus spartanos fuit. maiore mulierum quam uirorum uirtute exceptum. Ptolomeum filium & exercitus partem robustissimam amisit. quippe obpugnanti urbem. ad tutelam patriae tanta multitudo feminarum concurrit. ut non fortius uictus quam uerecundius recedere& Porro ptolomeum filium eius. ad eo strenuum & manu fortem fuisse tradit. ut urbem corcyram cum sexagesimo coeperit. idem proelio nauali quinremem exscapha cum septimo insiluerit. Captamq. tenuerit. In oppugnatione quoq. spartanorum. usq. in mediam urbem equo

pyrrus melius adquirebat quam retinebat imperia

parthane mulieres patriam defendunt.

Laus & mors ptolomei pyrri filii & dictum patris de morte eius

procucurrerit ibiq. concursu multitudinis interfectus sit. Cuius corpus ut relatum pari est dixisse pyrrum ferunt. aliquanto tardius eum quam timuerit ipse. uel temeritas eius meruerit. occisum. cc. repulsum. Absp. tanis pyrrho. Argos p&t. ibi dum antigonum inurbem dimicans. saxo de muris ictus occidatur. Caput eius antigono refertur. qui victoria mitigatur. filium eius helenum cum epiroti sibi dedicatum. in regnum dimisit. eiq. insepulta patris ossa in patria referenda tradidit. satis constat. inter omnes auctores fama est. Nullum nec eius. nec superioris aetatis regem comparandum pyrro fuisse. Itaq. non inter reges tantum. uerum & iam inter. inf. lustres uiros. aut urbis sanctioris. aut iustitiae probatioris. usum fuisse. scientiam certe rei militaris. in illo uiro tantum fuisse. ut cum lysimacho. demetrio. antigono. no. tantis regibus bella gesserit. inuictus semper fuerit. Illyriorum quoq. siculorum. romanorum q. & carthaginiensium. bellicosum quam inferior. plerumq. & iam uictor, ex stiterit. quippe tam certe situm. angustum ignobilemq. fama rerum gestarum. & claritate nominis sui. toto orbem inlustrem reddiderit.

Clementiae antigon in helenum pyrri filium.

Lausitiae mortiq. pyrri.

Laudes.

EXPLICIT LIBER. XX. Y. INCIPIT LIB YIGISIM SEXTUS.

POST MORTEM PYRRI NON IN MACEDONIA tantum. uerum & iam in asia. graeciaq. magni bellorum motus fuere. nam & peloponensi per proditionem antigono tradito. & uari

ante hominum partim dolore. partim gaudio. prout singulae ciuitates
aut auxilium de pyrro sperauerunt. aut metus sustinuerant. Ita
aut cum antigono societatem iungebant. aut mutuis inter se odiis
in bellum ruebant. Inter hunc turbatarum prouinciarum motum epy
rorum quoq. urbs. a Aristotimo principe per tirannidem occupatur. 7
De tirannide in epyrrum aristotimi
a quo cum multi ex primoribus occisi. plures in exilium acti essent.
aetolis per legatos postulantes. ib. coniuges liberosq. exulum reddere. pri
mo negauit. post eu quasi penitere. & proficiscendi ad suos potestate
omnibus matronis dedit. diemq. profectionis fixit. 7 illę quasi in p
paruum cum uiris exulaturae. preciosissima queq. auferentes. cum ad
portam quasi uno agmine profecturae conuenissent. omnibus reb.
Crudele factu Aristotimi.
spoliatae. in carcerem recluduntur. occisis prius in gremio matrum par
uulis liberis. uirginibus ad stuprum direptis. ab actum seua dominatione
stuperabat omnibus. princeps horum bellonicus senex & liberis orbus. &
qui nec aetatis nec pigneris respectu timeret. Contractus domu
fidissimos amicorum. in uindictam patriae hortatur. 7 cunctantib.
priuato periculo publicum finire. & deliberandi spacium postu
De facto helonimi aduersus aristo timum.
lantibus. arcessitis seruis iubet obseruari foris. tyrannoq; nunciare. mittere. qui
coniuratos apud se comprehendere. & obiectans singulis, sequi libe
randae patriae auctor ee non posset. dissertę. ultorem futurum. 7
tunc illi incepti periculo circumuenti honestiorem uiam eligentes.
coniurant in tyranni necem. 7 atq. ita Aristotimus quinto quam tyr

·mense
rannidem occupauerat·opprimitur· Interea antigonus cummulta
plicibello.&ptolomei regis&spartanorum premeretur·nouusq·illi
hostis gallogreciaexercitus adfluxisset&inspeciem castrorum parua gallogreciа.
manu aduersus celeros relictaaduersus gallos totis uiribus proficis
citur·quibus cognitis gallis cum &ipsi se proelio parare·N·in auspitio
pugne hostiscedunt·quarum existis cummagna caede interutrusq·
omnium praedicaretur·non inamore·sed in furorem uersi·sperant
tes deorum minas expiari cede suorum posse·coniuges&liberos suos bestialissime.
trucidant·auspicia belli parricidio incipientes·tanta rabies feros
animos inuaserat·ut non parcerent adulti·Cui diam hostes perpe
tassent·bellumq·interne·cionem ciuium cum liberis liberorumq·matrib·
gererent·proquibus bella susciпi solent·tuq·quasi scelere uictoriamq·redemissent·Sicut erant cruenta exrecenti suorum
caede:in proelium non meliore euentu quam homine proficis
cuntur·Siquidem pugnantes·prius parricidiorum furiae quã
hostes circumuenire·obuersantibus quietis oculis manibus inter
emptorum·omnes occidione caesi;tanta strages fuit·ut pariter
cum hominibus diconsensisse inexitium parricidarum uiderentur·· Et merito.
post huius pugnae euentum·ptolomeus&spartani uictorem hos
tium exercitum declinantes·intuitoria se recipiunt·antigonus quo
q·ubi eorum discessum uid&recenti adhuc expriore uictoriain
militum ardore belli·bellum athenientibus infert·inquo cum occu

patus eet. interim alexander rex epiri. ulcisci mortem patris pyrri
cupiens. fines macedoniae depopulatur. Aduersus quem cum reuer
sus agretia antigonus eet. transitione militum destituitur. regnum ma
Victor deme trias ioue. cedoniae cum exercitu amittit. Huius filius demetrius puer admo
dum. absente patre. primo exercitu non solum amissum macedoniam
recepit. uerum etiam epyri regno alexandrum spoliat. tanta uel
mobilitas militum. uel fortunae uarietas erat. ut uicissim regeret. nunc
Varietas exulet. nunc regeret uiderentur. Igitur alexander cum exul adacar
nanes confugisset. non minore epirotarum desiderio quam sotiorum
auxilio. in regnum restituitur. per idem tempus rex cyrenarum
agus decedit. qui ante infirmitatem. beronicem unicam filiam adfi
nienda cum ptolomeo fratre certamine filio eius desponderat.
Sed post mortem regis. mater uirginis arsinoe. ut inuitare contrac
tum matrimonium soluetur. misit qui ad nuptias uirginem regnumq.
cyrenarum. demetrium fratrem regis antigoni macedonia arcer
serent. qui ipse exfilia ptolomei procreatus erat. sed nec demetrius
moram fecit. Itaq. cum secundante uento celeriter cyrenas aduo
lasset. fiducia pulchritudinis qua animis placere soleret. coepe
Impotens. statim a principio superbus regiae familiae militibusq. impotens
erat. studiumq. placendi. a uirgine in matrem contulerat. quaere
suspecta primo uirgini. dein popularibus militibusq. inuisa fuit.
Itaq. uersis omnium animis in ptolomei filium. insidiae demetrio

comparantur. cui cum in lectum socrus conscendisset. percussores immittuntur. sed arsinoe audita uocie filiae ad fores stantes. & precipientis ut matri parceretur. adulterium paulisper corpore suo protexit. quo interfecto. beronice & stupra matris. saluae pietate ulta est. & in matrimonio sortiendo iudicium patris secuta.

EXPLICIT LIB VIGISIMUS SEXTUS. INCIP LIB VIGIMUS SEPTIMUS.

MORTUO SYRIAE REGE ANTIOCHO. CUM IN locum eius filius seleucus successisset. hortante matre laudicae quae prohibere debuerat. auspicia regni a parricidio coepit. quippe beronicae nouercam suam. sororem ptolomei regis aegypti. cum paruulo fratre ex ea suscepto interfecit. quo facinore perpetrato. & infamiae maculam subiit. & ptolomeo sebello implicuit. porro beronicae. cum ad se interficiendam missos didicisset. dane fine se claudit. ibi cum obsideret eam cum paruulo filio. nuntiatum asiae ciuitatibus ex recordatione paternae maiorumq. eius dignitatis casum tam indignae fortunae miseranter. auxilia ei omnia miserere. frequentq. ptolomeus. periculo sororis exterritus. relicto regno cum omnibus uiribus aduolat. Sed beronicem ante ad fontem auxiliorum. cum ui expugnari non posset. dolum circumuenta trucidatur. indigna re omnibus uisa. itaq. ciuitates quae defecerant. ingentem classem comparassent. exemplo crudelitatis exterritae. simul & ultionem eius quam defensuri fuerant. ptolomeo se

traduntꝫ quinisi in aegyptum domestica seditione reuocatus eet.
totum regnum seleuci occupassetꝫ tantum uel illi odium parri
cidale scelus uel huic fauorem indigne per empte mors sororis ad
tulerat. ꝫ post discessum ptolomei. seleucus cum aduersus ciuitates
quae defecerant ingentem classem comparasset. Repente uelut
diuinis parricidium uindicantibus. orta tempestate classem nau
fragio amittit. Nec quicquam illi extincto ad paratu, pter nuda
corpus & spm. & paucos naufragi cor pus comites reliquos fortu
na fecit. misera quidem res. sed optanda seleuco fuit. Siquidem
ciuitates quae odio eius ad ptolomeum transierant. uelut diuis
bitris satis factum sibi eet. repentina animorum mutatione. in nau
fragi miserecordiam uersae. imperioseꝫ eius restituunt. Laetus
igitur malis suis & damnis dtior redditur. uelut par uiribus bel
lum ptolomeo infert. Sed quasi ad lubrium tantum fortunae na
tus eet. nec propter aliud opes regni recepisse quam ut amitteret &
uictus proelio. non multo quam post naufragium comitatior. tre
pidus antiochiam confugit. inde ad antiochum fratrem litteris
facit. quibus auxilium eius implorat. oblatae ei asia intra fi
nem tauri montis. in praemium laetae operae. antiochus autem cū
esset annos. xiiii. natus supra aetatem. regni auidus occasionem non
tam pio animo offerebatur adripuit. sed latronis more. fratris to
tum eripere cupiens. puer sceleratum uirilemq. sumit audatiam.

Seleucus odio ciuitatum post naufragium conciliatus

Antiochus puer rex xiiii annos

Unde hierax est cognominatus. quia non hominis sed accipitris
ritu in alienis eripiendis uitam sectaretur. Inter ea ptolomeus cū
antiochum in auxilium seleuco uenire cognouisset. necum duob.
uno tempore dimicare. in annos. x. cum seleuco pacem fecit. sed
pax ab hoste data. inter pellatur a fratre. qui conducta gallo-
mercennario exercitu pro auxilio bellum. profre hostem implo
ratus exhibuit. in eo proelio uir arte gallorum. uictor quidem
antiochus fuit. Sed galli arbitrantes seleucum in proelio cecidis
se. in ipsum antiochum arma uertere. liberius depopulaturi.
Siomnem stirpem regum extinxissent. quod ubi sensit antiochus.
uelut ap̄ donibus auro se redemit. societatemq. cum mercennarus
suis iungit. Inter ea rex bithyniae eumenes. sparsis consumptisq.
frib. bello intestino discordiae. quasi uacantem. Asiae possessio
nem inuasurus. auctorem antiochum galliq. adgreditur. nec
difficile fauciosadhuc exsuperiore congressione. integer ipse
uiribus superat. Ea namq. tempestate omnia bella in exicium asiae
gerebantur. uti quisq. fortior fuisset. asiam uelut p̄dam occupa
bat. seleucus & antiochus frs. bellum propter asiam gerebant. pto
lomeus rex aegypti. sub specie sororiae ultionis. asiae im[h]iabat.
Hinc bithynus eumenes. inde galli. humiliorum semper mercennaria
manus. asiam depopulabantur. Cum inter ea nemo defensor asiae.
inter tot praedones inueniebatur. uicto antiocho cum eumene

maiorem partem asiae occupasset. Ne tunc quidem fratres perdito pmio
propter quod bellum gerebant. concordare potuerunt. sed omisso ex
terno hoste immutuum extium bellum reparant. ineo antiochus
denuo uictus. multorum dierum fuga fatigatus. tandem adsocerum
suum artamenem regem cappadotiae peruehitur. aquo cum benigne
primum exceptus eet. inter iectis diebus cognito quod insidiae sibi
parare
tur. salutem fugae quaesiuit. Igitur cum profugo nusquam tutior so
lus ee. adptolomeum hostem. Cuius fidem tutiorem quam frs existi
mabat. decurrit. memor uel quae facturus fri eet. uel quae meruisset
a fratre. Sed ptolomeus amici debito quam hosti factus. adseruari
eum artissima custodia iubet. hinc quoq. antiochus opera cuiusdam
meretricis adiutus. quam familiarius nouerat. deceptis custodibus li
bitur. fugiensq. alatronibus interficitur. Seleucus quoq. isdem ferme
diebus. amisso regno equo praecipitatus finitur. Sic frs quasi & ger
manis casibus exules ambo. post regna scelerum suorum poenas luere.

EXPLICIT LIBER VIGESIMUS SEPTIMUS. INCIPIT LIB VIGESIMUS OCTAVUS

OLYMPIAS PYRRI EPYROTE REGIS FILIA.
amisso marito eodemq. germane fratre alexandro. cum tutelam
filiorum ex eo susceptorum pyrri & ptolomei. regniq. administra
tionem in se recepisset. etholis partem acarnanie quam in portio
nem belli pater pupillorum acceperat eripere uolentibus. adregem
macedoniae demetrium decurrit. eiq. habenti uxorem antthioci

regis siriae sororem. filiam suam ptiam in matrimonium tradit. ut
auxilium quod misericordia non poterat. iure cognationis optineret.
Fiunt igitur nuptiae. quibus & noui matrimonii gratia adquiri
tur. & ueteris offensa contrahitur. nam prior uxor uelut matri
monio pulsa. sponte sua ad fratrem antiochum discedit. eumq. in
mariti bellum impellit. acarnanes quoq. diffisi epyrotis. aduersus
aetholos auxilium romanorum implorantes. optinuerunt aroma
no senatu. ut legati mitterentur. qui denuntiarent aetholis. p̄sidia
aburbibus acarnaniae deducerent. paterentur q. liberos ee. quod
soli quondam aduersus troianos. auctores originis suae auxilia
grecis non miserint. Sed & aetholi legationem romanorum super
be audiuere. poenas illis & gallos aquibus tot bellis occidione
caesi sunt exprobrantes. dicentesq. prius illis portas aduersus
carthaginienses aperiendas. quas clauserit m& us punici belli. quā
in graeciam arma transferenda. meminisse deinde iubent. qui quibus
minentur. aduersus gallos. urbem eos suam tueri non potuisse. Cap
tamq. non ferro defendisse. sed auro redemisse. quam gentem se aliquan
to maiore manu graeciam ingressam. non solum nullis externis uiribus.
sed ne domesticis quidem totis. adiutos. uniuersam delesse. sedemq. se
pulchris eorum praebuisse. quam illi urbibus imperioq. suo praepositi
erant. contra, traduam trepidis ex recenti urbis suae incendio roma
nis. uniuersum fere mo. agallis occupatum. prius Igitur gallos italia

Acarnanum legatio apud romanos.

occadione.

Exprobratio romanorum.

Contra Romanos.

pellendos quam minentur etolis priusq; sua defendenda quos autem homines romanos ee nimphe pastores qui latrocinio iuuat dominis adeptum solum teneant qui uxores cum propter originis dehonestamenta non inuenirent ui publica rapuerint qui deniq; urbem ipsam parricidio condiderint murorumq; fundamenta fraterno sanguine adsperserint. Adolos autem principes gratiae semper fuisse. Et sicut dignitate ita uirtute ceteris preferre. solos deniq; ee quos macedonis imperio terrarum semper florentes contempserint qui philippum rege non timuerint qui alexandri magni post persas indosq; deuictos. Cum omnes nomen eius horrerent edicta spreuerint monere igitur se romanos contenti sint fortuna presenti nec prouocent arma quibus & gallos caesos & macedonas contemptos uideant. sic demissa legatione romanorum ne fortuit locuti quam fecisse uiderentur. finer eripi pyrri regni & acarnaniae depopulatur. Iam olympias filius regna tradiderat. & in locum pyrri fili defuncti ptolomeus successerat. qui cum hostibus instructo exercitu obuius processisset infirmitate correptus in itinere decedit. Olympias quoq; gemino funerum uulnere adflicta. aegrum spm trahens non diu filius superuixit. cum exgente regia sola nereis uirgo cum laudamia sorore super eet. nereis nubit geleoni siciliae tyranni filio. laudamia autem cum iniram

diane confugisse & concursu populi interficitur. quod facinus dii Mors laudamie.
immortales adsiduis dadibus gentis & prope interitu totius
populi uindicauerunt. Nam & sterilitatem famemq. passi. & in
testina discordia uexati. externis ad postremum bellis pene
consumpti sunt. Milo quoq. Laudameae praecurs. infurorem Milo
uersus. nunc ferro. nunc saxo. in summa dentibus laceratus uisceri
bus. duodecima die interiit. his in pyro gestis. interim in macedo
nia demetrius rex. relicto filio philippo paruulo admodum
decessit. cui antigonus tutor datus. acceptae in matrimonium
matre pupilli. regem se constituit laborat. interiecto deinde
tempore. cum seditione militari macedonum clausus in regia
teneretur. in publicum sine satellitibus processit. in uulgus sine Letum anti
diademate ac purpura. dare haec eos esse alteri iub& qui aut goni. aduer
imperare illis nesciat. aut cui parere ipsi sciant. se adhuc mul sus seditione
tos illud regnum. non uoluptatibus. sed laboribus ac peri
culis sentare. commemorat deinde beneficia sua. ut defectio
nem sociorum uindicauerit. ut dardanos. thessalosq. exul tan
tibus morte demetrii regis compescuerit. ut deniq. dignitate
macedonum non solum defenderit. uerum & auxerit. quorum
si illos poeniteat. deponere imperium. & reddere illis munus
suum quia regem quaerant. cui imperent. cum populus pudo
re motus. recipere eum regnum iuber& tam diu recusauit.

f

quoꝺ adſeditionis auctores ſupplicio traderentur. Poſt haec bellum ſpartanis infert. quiſoli philippi alexandriq. bellis & imperium macedonum & omnibus metuenda arma contẽp ſerant. inter duas nobiliſſimas gentes bellum ſummis utrimq. uiribus fuit. Cum hi proueterum macedonum gloria illi non ſolum proinlibata ſed & iam proſalute certarent. uicti lacede monii. nonipſi tantum. uerum & iam coniuges liberiq. magno animo fortunam tulere. nemo quippe inaciae ſaluti pepcit. nulla amiſſum coniugem fleuit. filiorum mortem ſenes lau dabant. patribus inaciae caeſis filii gratulabantur. ſuam uicem omnes dolebant. quod non & ipſi propatriae libertate caecidiſſent. Pᷣentibus omnes domibus ſaluos excipiebant. uul nera curabant. Lapſos reficiebant. inter haec. nullius inurbem ſtreptus. nulla trepidatio. magiſq. omnes publicam quam pri uatam fortunam lugebant. inter haec cleomenes rex poſt multos hoſtium caedes. toto corpore ſuo partter & hoſtium cruore madens ſuper uenit. ingreſſuſq. inurbem. non humi conſedit. non cibum aut potum poposcit. non deniq. armorũ onus deposuit. ſed adclinis pariẽti. cum .iiii. milia ſola ex pugna ſuper fuiſſe conſpexiſſet. hortatus ut ſe admeliora reipubliçe tempora reſeruarent. Tum cum coniuge & libe ris aegyptum adptolomeum proficiſcitur. a quo honorifice

Conſtantiae & magnanimitas ſpartanorum cum inaciae uincerentur

De cleomene rege ſpar tanorum

exceptus. diu in summa dignatione regis uixit. postremo
post ptolomei mortem. a filio eius cum omni familia [illegible]
interficitur. antigonus autem caesis occidione spar[illegible] occidione.
tanis. fortunę. Tantae urbis miseratus. adireptione militer od
probibuit. ueniamq. his qui super fuerunt dedit. praefectus
bellum secum cleomene non cum spartanis habuisse. Cuius fuga De clementia
omnis ira eius finita sit. nec minori sibi gloriae fore. si abeo seruata uictoris antigo
Lacedemona. quo solo capta sit proderetur. parcere igitur solo ni in spartanos
urbis ac tectis. quo homines quibus parceret non super fuissent.
nec multo post ipse decedit. regnumq. philippo pupillo. annos
quattuor decim nato tradidit. POMPEI TROGI EPITOMA HISTO
RIARVM EXPLIC. LIB. XXVIII. INCIPIT LIB. VIGISIMVS NONVS.
EODEM FERME TEMPORIBUS. PROPE
uniuersi orbis imperia noua regum successione mutata sunt. nam
& in macedonia philippus. mortuo antigono tutore. eodemq.
uitrico. annorum xiiii. regnum susceptit. & in asia interfecto sele
uco. impubere adhuc rex antiochus constitutus est. Cappadociae De successoribus
quoq. regnum ariaraci puero admodum. pater ipse tradiderat. regnorum etate
aegyptum patre ac matre interfectis occuperat ptolomeus. cui paruis.
ex facinoris crimine cognomentum filo pater fuit. sed & spar
tanis in locum cleomenis suffecerat lycurgum. & nequa tempo
ribus mutatio de cet. apud carthaginienses quoq. aetate inma

tura dux hannibal constituitur. non penuria seniorum
hisrebus pueri istum. cui sed odio romanorum quo inbutum eum apuertia si
[illegible] ebant. fatale non tam romanis quam ipsi africie ma
[illegible] lum. & si nulli senioris aetatis rectores erant. tamen
[illegible] in suorum quisq. maiorum uestigia intenti magna indo
lescunt animis. & ecce statuit. solus ptolomeus sicut sceleste inoccupan
do. ita & regnis inadministrando fuit. philippum dardani ce
teriq. omnes finitimi populi. quibus uelut immortale odium
cum macedonum regibus erat. contemptu aetatis adsiduae la
cessebant. contra ille summotis hostibus non contentus sua de
fendisse. ultro & olim bellum inferre gestiebat. quae agrantem il
lum idem & eius rex illorum nuper apaulo romano consule
uictus. supplicibus precibus adgreditur. iniuriam romanorum
querens. qui non contenti italiae terminis. imperium spe improba totius orbis amplexi. bellum cum omnibus regibus gerant. sic illos siciliae. sic sardiniae. spaniaeq. sic deniq. totius africie im
perium adfectantes. bellum cum poenis & hannibale susceptum esse.
sibi quoq. non aliam obcausam quam quod italiae finitimus ui
debatur bellum inlatum. quasi nefas ee & aliquem regem iuxta
imperii eorum terminos ee. sed ipsi cauendum exemplum ee.
cuius quanto promptius nobiliusq. sit regnum. tanto sit roma
nos acriores hostes habituros. super haec credere se illi regno

quod romani occupauerint profitetur. & gratius habiturus.

§ in possessionem imperiu sui socium potius quam hostes uideret. &
huiusce modi oratione impulit philippum. ut omissis aetolis.
bellum romanis inferret. & minus negotii existimantem. quod
iam uictos eos ab annibale apud trasimenum lacum audierat. &
traq. nec eodem tempore multis bellis detineretur. pacem cum
aetolis facit. non quasi alio bellum translaturus. sed ut graeciae
qui eti consolaturus. quam num quam immaiore periculo
fuisse adfirmabat. Siquidem consurgentibus ab occidente
nobis poenorum ac romanorum imperiis. quibus una haec
graecia adiq. asia sit mora. dum inter se bello discrimen im
perii faciunt. & ceterum strictim uictoribus transitum in orien
tem fore. uidere traq. aut se consurgentem in italiam nubem
illam truculentam & cruenta belli uidere tonantem ac fulminan
tem ab occasu procellam. quam in quascumq. terrarum par
tes uictoriae tempestas deculerit. magno cruoris imbre
omnia faedaturam. & frequenter graeciam ingentes motus par
tim nunc persarum. nunc gallorum. nunc macedonum bel
lis. sed omnia illa leuia fuisse existimaturos. sicut quae nunc in
tradia concurrat manus. extra terram illam se effuderit. cer
nere se. quam cruenta & sanguinaria inter se bella. utriq.
populi & uiribus copiarum. & ducum artibus gerant. quae

rabiem finiri solo partis alterius interitu sine ruina finitimo-
rum possit. Ferox igitur uictorum animos minus quidem ma
cedoniae quam graeciae timendos. quia & rei notior. & inuic
tae & robustior sit. scire tamen se eos qui tantis uiribus concur
rant. non contentos hoc fine uictoriae fore. metuendum q. sibi
quoq. certamen eorum qui superiores exstiterint. hoc prae tex
tu finito cum etolis bello. nihil aliud quam poenorum roma
norum q. bella respiciens. singulorum uires perpendebat.
Sed nec romani tam & si poeni & hannibal in ceruicibus erant.
soluti metu macedonico uidebantur. quippe terrebat eos & ue
tus macedonum deiecti orientis gloria. & philippus studio
alexandri aemulationis incensus. quem promptum in bella in
dustriumq. cognouerant. Igitur philippus cum iterato uic
tos apoenis romanos didicisset. & aperte hostem se his professus.
naues quibus in italiam exercitum traicere & fabricare coepit.
legatum deinde ad hannibalem iungendae societatis gratia
cum epistolis mittit. qui conprehensus & ad senatum perduc
tus. incolumis dimissus est. Non inhonorem regibus sed nedu
bius adhuc in dubitatur hostis redderetur. Post ea uero cum
romanis nuntiatum esset. in italiam philippum copias tra
iecturum. laeuinum praetorem cum instructis nauibus ad
prohibendum transitum mittunt. qui tum in graeciam tra

Delegatio hostis philippi arena comprehensa & columi demissa

iecisse & multis promissis inpellit aetolos bellum aduersus ad philippum
suscipere. philippus quoq; achaeos in romanorum bel
la sollicitat. inter ea & dardani macedoniae fines uastare coe
perunt. ab ductisq; xx milibus captiuorum. philippum aro
mano bello adtuendum regnum reuocauerunt. Dum haec
aguntur. laeuinus praetor iunctis cum aetola rege sociis atte
gretum populatur. quibus cladibus per culse ciuitates auxi
lium petentes philippum legationibus fatigant. nec non &
illiriorum reges lateri eius haerentes. ad fid suos precibus pro
missa exigebant. super haec uastati macedones ultionem flagi
tabant. quibus tot tantisq; rebus obsessus. cui rei primum occur
rere ambigebat. omnibus tamen prope diem auxilia se missurum
pollicetur. non quia facere posset quae promittebat. sed ut spe im
pletos in societatis iure retineret. Prima tamen illi expeditio
aduersus dardanos fuit. qui absentiam eius aucupantes. maio
re belli more macedoniae inminebant. cum romanis quoq; pa
cem fecit. contentus interim bellum macedonicum distulisse. phi
lopoemen achaeorum ducem. quem ad romanos socios animos
sollicitare didicerat. insidias praetendit. quibus ille cognitis ui
tatisq; discedere abeo achaeos auctoritate sua coegit.

POMP TROG EPITOM HIST LIB XXVIIII. INCIP LIB TRIGIMUS SI

PHILIPPO IN MACEDONIA, MAGNIS RE

·N·

bus intento in aegypto ptolomei diuersi mores erant quip
pe regno parricidio parto & adnecem utriusq; parentis cae
de & iam fris adstructa uelut rebus feliciter gestis luxuriae
se tradiderat. regisq; mores omnes secuta regia erat. Itaq;
non amici tantum prefectiq; uerum & iam omnis exercitus
depositis militiae studiis ocio ac desidia corrupta marce
bant. quibus rebus cognitis antiochus rex syriae uetere in
ter se regnorum odio stimulante. repentino bello multas
urbes eius oppressit. Ipsamq; aegyptum adgreditur. Tre
pidare igitur ptolomeus legationibus missis quo adqui
rer parare & morari antiochum. magno deinde exercitu
ingretia conducto. secundum proelium facit spoliatisq;
regno antiochum si fortunam uirtute uincere & sed contem
tus recuperatione urbium quas amiserat. facta pace aude
materiam quia & ad ripuit. reuolutaq; in luxuriam occisa
Agathoclia meretrix · euridicae uxore. eademq; sorore sua. agathocliae meretricis
in lecebris capitur. atq; ita omni magnitudine nominis
ac maiestatis obliteratis noctes in stupris. dies inconuiuiis con
sumit. Adduntur instrumenta luxuriae. tympana &
tympana & crepundia
crepundia nec iam & iam spectator rex. sed magister nequitiae
neruorum oblectamenta modulatur. haec primo labora
tis regis tacite pestis & occulta fuere. dehinc crescenti

licentiae. iam nec parietibus regiae domus continere meretricis au
dacia potest. quam prorsus uiorem sortitae cum agathocle fratre
ambitiosae pulchritudinis scorto. cottidiana regis stupra face
bant. accedebat & mater oenanthe. quae geminae sobolis inlece
bris. deuinctum regem tenebat. Itaq. non contenta rege. iam & ia
regnum possident. iam in publico uersantur. iam salutantur. iam
comitantur. agathocles regis laterem iunctus ciuitatem rege
bat. tribunatus & praefecturas. & ducatus mulieres ordinabant.
nec quisquam in regno suo minus poterat. quam rex ipse. cum in
terim relicto quinquennio euridice sorore filio moritur. sed mors eius dum pecuniam regiam mulieres rapiunt. & imperium inita cum perditissimis societate occupare conantur. die occultata fuit. Re tamen cognita. concursu multitudinis & agathocles occiditur. & mulieres in ultionem euridices pa
tibus suffiguntur. Morte regis supplicium meretricum uelut expiatae regni infamia. legatos alexandrum ad romanos misere. orantes ut tutellam pupilli susciperent. tuerenturq. regnum aegypti. quod iam philippum & antiochum. facta inter se pac
tionem diuisisse dicebant. gratae legationi romanis fuit. Cau
sa belli aduersus philippum querentibus. qui insidiatus tem
poribus belli punici fuerat. huc accedebat quod poenis & han
nibale superatis. nullius magis arma metuebant. reputantibus

mors pueri regis.

quantum motum pyrrus par uamacedonum manu in italiam fe
cisset & quantas q· res macedones in moriente gessissent. mittuntur
itaq· legati qui philippo & antiocho denuntient regno aegypti
abstineant. mittatur & marcus lepidus in aegyptum· qui tutorio nomine
regnum pupilli administret &. Dum haec aguntur. interim legatio
nes attali regis rodiorum· iniuriae philippi quaerentes roma
uenerunt. quaeres omnem cunctationem macedonici belli sena
tui eximit. statim igitur titulo ferendi sociis auxilii bellum ad
uersus philippum decernitur. legionesq· cum consule in mace
doniam mittuntur. Nec multo post tempore· fiducia romanor
tota graecia aduersus philippum spe pristinae libertatis erec
ta bellum ei intulit. atq· ita cum undiq· rex urgueretur. pace
petere conpellitur. Dehinc cum expositae conditiones pacis aro
manis ceni. repeterent sua. attalus & rodii & athenienses & aetoli
coepere. contra philippus adduci se posse ut romanis pareat
concedebat. Ceterum indignum ee. graecos a philippo & alex
andro maioribus suis uictos. & subiugum macedonici imperii
subactos. uelut uictores legis pacis sibi dicere. quibus prius sit
Seruitutis ratio reddenda. quam libertas uindicanda. Ad post
remum tamen petente eo indutiae duorum mensium datae.
ut pax quae in macedonia non conueniebat. Romae a senatu pete
retur. Eodem anno inter insulas theramenen & therasiam

.vv. lepidus.

medio utriusq· ripe &mari spatio· terrae motus fuit · Inquo cum admiratione nauigantium r. repente &ente expro fundo cum calidis aquis insule demersit · Inasia quoq· eadem die· idem motus terrae· r. rodum multasq· alias ciuitates· graui ruinarum labe concussit· quasdam solidas absorbuit· quo prodigio territus omnibus· uates caerinere· orientis romanorum imperium uelut gregorum ac macedonum uotaturum· interim a senatu repudiata pace· philippus in societatem belli· nauium· tirannum sollicitat· atq· ita cum inacie exercitum instructis ediuerso hostibus produxit & hortari suos coepit· referendo per sas· bactros· indosq· & omnes asiam· orientis finem· a macedonibus perdomitam · Tantoq· hoc bellum fortius· quam illa sustinendum· quanto sit imperio libertas carior· sed & flaminius romanus consul· relatione rerum gestarum recentissime· suos stimulabat in proelium· ostendendo hinc carthaginem cum sicilia· inde italiam & hispaniam· romana uirtute perdomitas· Annibalem quidem alexandro magno post ponendum· quo italia pulso· africam ipsam· tertiam partem mundi superauerint · Sednec macedonas ueteres fama· sed praesentibus uiribus estimandos· quia· cum alexandro magno· quem inuictum audiant· Neccum exercitu eius· qui totum orientem deuicerit· bellum gerant· Sedcum philippo puero immaturae aetatis· quiregni terminos aduersus finitimos

Terre motus·

Quando subito p terre motum insu no demersit·

predicta uatū·

aegre defendat & cum his macedonibus qui non ita pridē prede
dardanis fuerint illos maiorum decora se suorum militum com
memorare. Non enim alio exercitu hannibalem & poenos & totum
ferme occidentem. sed dehis ipsis quos in acie habeat militibus. subac
tos. his adhortationibus utrimq; concitati militer proelio concur
runt. alteri orientis. alteri occidentis imperio gloriantes. feren
tesq; in bellum. alii malorum suorum antiquam & obsoletam glori
am. alii uirentem recentibus experimentis uirtutis florem. sed
macedonas romana fortuna uicit. fractus itaq; bello philippus
pace flammino consule petita nomen quidem regium retinuit.
Sed omnibus traciae urbibus uelut regni membris extra termi
nos antiqs possessionis amissis. solam macedoniam retinuit. Offen
si tamen aetoli quia non arbitrio eorum macedonia quoq; ad
empta regi & data sibi in premium belli eet. legatos ad antiochū
mittunt. qui eum adulatione in magnitudinis in romana bella
spe sotiatis uniuersae graeciae impellerent. POMP TROG EPIT
LIB XXX EXPLICIT. INCIPIT LIBER TRIGISIMUS PRIMUS.

MORTUO PTOLOMEO PHILOPATORE
rege aegypti contemptaq; paruuli filii eius aetate qui in spem
regni relictus preda & iam domestica erat. antiochus rex syrie
occupare aegyptum statuit itaq; fenicem ceteraq; syriae quidē
sed iuris aegypti ciuitates cum inuasisset. legatos ad eum senatus

mittit. qui denuntiarent ei abstineret regno pupilli postremis p
cibus patris fidei suae traditi. quibus spretis inter recto tempore
alia legatio superuenit. quae omissa pupilli persona: ciuitates
iure belli factas populi reip. (ublicae) integrum restitui iubebat. abnu
enti bellum denuntiatum. quod ille facile susceptum infeliciter
gessit. Eodem tempore & nabis tyrannus multas graeciae
ciuitates occupauerat. Igitur senatus ne uno tempore d. pupli
cibello romanis uires detinerentur. Scripsit flamininos ei ui
deatur: sicuti macedoniam philippo. ita & graeciam anabi
deliberet. obquam causam imperium ei prorogatum. terri
bile quippe antiochi bellum hannibalis nomen faciebat. quem
emuli eius occultis mandatis cum antiocho inisse e. societatem
apud romanos criminabantur. neganteresque eum aequo animo sub
legibus uiuere. adsuetum imperio. & immoderata licentia milita
ri. semperq. tedio quietis urbanae nouas belli causas circumin
spicere. que & si falsa nuntiata fuissent. apud timentes tamen
proueris habebantur. deniq. senatus metu perculsus. adspecu
landos actus hannibalis. legatum in africam. C. Seruilium mit
tit. eiq. tacitis mandatis precipit. ut si posset eum per emulos
eius interficeret. & me & q. inuisi nominis tandem pop. r. liberaret.
Sed res hannibalem non diu latuit. uirum ad prospiciendas ca
uendasq. pericula paratum. nec minus in secundis aduersas quā

De nece mandata hannibalis seruilio legato p̄ p̄r̄i.

.propter.

maduersis secunda cogitantem. Igitur cum toto die in oculis prin
cipum Lętitiq; romani in foro carthaginiensium obuersatur
in suppremum fuisse. ad propinquante uespere equum con
scendit. et rus urbanum quod propter litus maris habebat. ig
naris seruis iussisq; ad portam deuertentem operiri. contendit.
habebat ibi nauem cum remibus occulto sinu litoris abscondit.
erat & grandis in eo agro pecunia p̄parata. ut cum res exegisse.
nec facultas fugam. nec inopia moraretur. Lecta igitur seruoꝝ
iuuentute. quorum copiam italicorum captiuorum numerus
augebat. nauem conscendit. cursumq; ad antiochum dirigit.
postera die. ciuitatis principem suum actum temporis con
sulem in foro expectabat. quem ut profectum nuntiatum est.
non aliter quam si urbe capta eet omnes trepidauere. extiosq;
sibi fugam eligerunt. Legatus uero romanus quasi iam
bellum inlatum italiae ab annibale eet. tacitus romam regre
ditur. Trepidumq; nuntium refert. interim in greciam
flamininus iuncta quibusdam ciuitatibus societate. in abide
tyrannum duobus continuis proeliis subigit. & grauibus fracti
uelut exsanguinem in regio reliquit. sed libertate greciae resti
tuta. deductisq; a burbibus p̄sidiis. cum romanus exercitus in ita
liam reportatus eet. uelut uacua rursus possessione sollicitatus.
multasq; ciuitates repentino bello inuasit. quibus exterritis achei

neuicinum malum & iam adsē serpēs bellum aduersus nabidem decernunt. ducemq; prōrem philopemenem insignis indus triae uirum constituunt. cuius in eo bello tanta uirtus enituit. ut opinione ōmnium flaminino romano imperatori comparāretur. Eodem tempore hannibal cum ad antiochum peruenis set. uelut deorum munus excipitur. tantusq; eius aduentu ar dor animis regis accessit. ut non tam debello quam de premi uictoriae cogitaret. sed hannibal cui nota romana uirtus erat. negabat opprimi romanos nisi in italia posse. adhoc. Sibi centū naues & x milia peditum. mille equitum poscebat. promittens hac manu non minus bellum quam gesserit italiae restaurāturū. & inasia regi sedenti. aut uictoriam de romanis. aut equas pacis conditiones relaturum. quippe & hispanis bello flagrantibus ducem tantum de ēē. & italiam notiorem sibi nunc quam pridem fuisse. sed nec carthaginem qui & uiam. sociamq; sē eis memorā pbi turam. cum regi consilia placuissent. mittitur carthaginē unus excomitibus hannibalis. qui in bellum cupidos hortetur. hanni balemq; cum copiis ad futurum nuntiet. nihil dicat de partibus nisi animos Chartaginiensibus de ēē. asiam & uires belli & sūp tum pbiturum. haec cum relata cartaginem ēēnt. nuntiat ipse abimicis hannibalis conpēhendit̄ur. pductusq; in senatum. cum interrogaretur. ad quem missus ēēt. punico ingenio respondit sē

Comparatus philopomenes uirtute flum minini.

punico ingenio.

aduniuersum senatum missum. nec enim opus hoc singulorum sed
uniuersorum ee. dum multis diebus deliberant. an eum roman. ad
purgandam publicam conscientiam mittant. tactus conscen.
naue ad annibalem reuertitur. quo cognito carthagimenses ul
troꝛem romam per legatum deferunt. romani quoq. legatos
ad antiochum misere. qui sub specie legationis & regis apparatum
specularentur. & annibalem aut romanis mitigarent. aut as
siduo conloquio suspectum inuisum q. regi redderent. itaq.
legati cum epheso conuenissent antiochum. mandata ei senatus
tradunt. dum responsum expectant. omnibus diebus adsidui
erat annibalem fuere. Dicentes eum timide a patria recessisse.
cum pacem romani non tam cum re publica eius quam cum eo
factam summa fide custodiant. Nec bella eum romanorum ma
gis odio quam patriae amore gessisse. cui aboptimo quoq. & ia
spi ipse debeatur. hase enim publicas inter populos non priuatas
inter duces belli causas ee. inde res gestas eius laudare. quare
sermone laetus. sepius cupidiusq. Cum legatis conloquebatur.
ignarus quod familiaritate romana odium sibi apud regem cre
ar & quippe antiochus tam adsiduo conloquio reconciliatam
eius romanis gratiam existimans. nihil ad eum sicuti solebat
referre. expertemq. totius consilii. & uelut hostem prodito
remq. suum odisse coepit. quaere tantum apparatum belli

suspectus annibal antiocho factus ploquium romanoꝝ

cessante imperatūria arte corrupit. senatus mandata fuerant
contentus terminis asiae. nec. neque asiam ingrediendi necessitatem
imponere. quibus spretis non accipiendum bellum statuit. sed in
ferendum. dicitur cum frequenter de bello consilium remoto
hannibale habuisse. tandem eum uocari iussisse. non ut existimen
tur eius aliquid ageret. sed ne per omnia spreuisse uideretur. et
omnibus per rogatis postremum interrogasse. quo ille animad-
uerso. intellegere se professus non quia egeret consilio. sed ad supplen
dum numerum sententiarum se uocatum. tamen & odio romanor.
& amore regis apud quem solum totum exilium sibi relictum sit.
sequam gerendi belli eduisse tutum. ueniam deinde libertati p̄fa
tus. nihil se aut consiliorum aut coeptorum p̄sentium probare
aut. neq. eadem belli genera tam sibi placere. cum italia uberior ma
teria sit. qui romanos uinci non nisi armis suis posse. nec italiam ali-
ter quam italicas uiribus subigi. Siquidem diuersum ceterum
mortalibus ee. illud & hominum & belli genus. alias bellis plurimum
momenti habere. priorem aliquam coepisse occasionem. loci tempo
risq. agros rapuisse. urbes aliquas expugnasse. cum romanos seu
occupauerit prior. aliquas seu uicerit. tamen & iam cum uicto &
iacente luctandum ee. quam obrem si quis eos in italia lacesserit &
suis eos opibus. suis uiribus. suis armis posse uincere. Sicut ipse
fecerit. sin uero quis illis italia uelut fonte uirium cesserit. pro

Consilium annibali
bigere nouum
aduersum romanos
& bellum.

inde falli. acsiquis amnes non absis fontium primordiis diriua
re. sed concretas iam aquarum molibus auertere uel exsiccare ue
lit. haec & secreto se censuisse. ultroq; ministerium consiliis sui op
tulisse. & nunc praesentibus amicis ideo repetisse. ut scirent om̄
rationem gerendi cum romanis belli. eosq; foris inuictos domi fra
giles ee. Nam priusillos urbe quam imperio. priusTacia quam
prouinciis exui posse. quippe & a gallis captos. & ase prope dele
tos ee. neq; umquam se uictum priusquam terris eorum cesserit
reuerso carthaginem. fracta cum loco fortunam belli mutaturum.
huic sententiae obtrectatores amici regis erant. non utilitatem
rei cogitantes. sed uerentes neprobato consilio eius primum
apud regem locum gratiae occuparet. & antiocho non tantū
consilium quam auctor displicebat. ne gloriae uictoriae
hannibalis non sua eet. omnia igitur uariis adsentationum
adulationibus corrumpebatur. nihil consilio uel ratione age
batur. rexipse per hiemem in luxuriam lapsus. nouis cottidiae nup
tiis deditus erat. contra acilius romanus consul. qui ad hoc bellum
missus erat. copias. arma. ceteraq; bella necessaria summa industria
parabat. ciuitates sotias confirmabat. dubias inliciebat. nec aliud
extitit belli quam ad paratus utriusq; partis fuit. Itaq; prima
belli conditione. cum cedentes suos rex cerneret. non laborantibus
auxilium tulit. sed fugientibus se ducem prebuit. castraq; diuia

uictoribus relinquit. deinde cum in asiam preda romani occupa
ti fugiendo peruenissent. penitere neglecti consilii coepit. reuoca
toq. in amicitiam hanniballe omnia existentia eius agere. interim
nuntiatur eius uiuium romanum ducem cum lxxx. rostratis nau
bus. imbellum nauale asenatu missum aduentare. querer spem
illi restituende fortunae. dedit. itaq. priusquam sotiae ciuita
tes ad hostes deficerent. decernere nauali proelio statuit. sperans
dadem ingretia acceptam noua posse uictoria aboleri. traditae.
Igitur hannibale classe. proelium committitur. sed neq. asiani
militer romanis. neq. naues eorum pares rostratis naubus fuere. minor tu
men cladis. ducis sollertia fuit. romam nondum opinio uictoriae
uenerat. Et ideo in consulibus creandis suspensa ciuitas erat. et
sed aduersus hannibalem ducem. quis melius quam africa frater
crearetur. Cum uincere poenos opus scipionum eet. creatur opus Sapionū. Scipio
igitur consul lucius scipio. eiq. datur legatus ff africanus. ut
intelleger. antiochus. non maiorem fiduciam se in annibale uic
to. quam romanos in uictore scipione habere. traicientibus in asiam
scipionibus exercitum. iam utrubiq. profligatum bellum nun
tiatum est. uictumq. antiochum terrestri. annibalem nauali
bello inuenerunt. primo igitur aduentu eorum. legatos pacem
petentes. antiochus ad eos mittit. peculiarem in domum africano fe
rentes. filium ipsius. quem rex paruo nauigio traicientem. coe

perat. Sed africanus priuata beneficia a rebus publicis secretis

Quaeliter captū filiūsuū habuit & recipere distulit africanos.

dixit. aliaq. ee patris officia. aliae patriae iuraq; non liberis tantum uerum & iam uitae ipsi praeponantur. Proinde gratum se munus accipere. priuatoq; impendio munificentiae regis respon surum. quod ad bellum pacem q. pertineat. nihilq. gratiae dari. neq. de iure patriae decidi posse respondit. nam neq. de redimendo filio umquam tractauit. nec senatum deeo agere permisit. sed ut dignum maiestate eius erat. amissa receperaturum dixerat. Post haec legati pacis dicuntur. ut asia romanis cederet & contenti surisae regno eet. naues uniuersas. captiuos. & transfugas tradere. sumptumq. omnem belli romanis restituere. & quae cū nuntiatae antiocho eent. nondum tae uictum se ee respondit. ut spoliari se regno pateretur. belliq. ea irritamenta non pacis blandimenta ee. igitur cum abiissetq. bellum pararetur. ingressisq. asiam romani. ilium uenissent. mutua gratulatio ilienses. eneen coloros q. cum eo duces ase profectos. romanis se abhis pro

Gratulatio inter ilienses & romanos.

creatos referentibus. tantaq. laetitiae omnium fuit. quanta ee post longum tempus inter parentes & liberos. & solet. inuabat ilienses. nepotes suos occidente & africa domita asiam ut auitum regnum uindicare. optabilem troiae ruinam fuisse dicentes. utsum felicitter renascer etur. contra romanos. Auitos lares. & in cunabula maiorum templaq. ac deorum simulacra inexplebile

desiderium uidendi tenebat. 7 profectus abilio romanis eum eques
rex cum alius occurrit. 7 nec cum multo post proelium cum antio
cho commissum. cum exteriore cornu pulsa legio romana ma
iore dedecore quam periculo ad castra fugerat. m. emilius.
tr. mil. ad tutelam castrorum relictus armare se milites suos &
extra uallum progredi iubet. strictisq; gladiis fugientibus mi
nari mortituros dicens nisi plium reuertantur. infestioraq; sua
quam hostium castra inuenturos. ad ultima tam ambiguo peri
culo legionis comitatibus comilitonibus qui fugere cas prohibue
rant. in proelium reuertitur. magnaq; cede edita. in tum uic
toriae fuit. caesa hostium .l. milia. capta .xi. 7 antiocho pacem
petenti. nihil ad superiores conditiones additum. affricano p
dicante. romanos neq; si uincantur animis minui. neq; si uincant
secundis rebus insolescere. 7 captas ciuitates inter suos diuisere.
muneris romani aptiorem asiam quam possessionis uoluptariam
iudicantes. quippe uictoriae gloriam. romano nomine uindican
dam. opus luxuriam socius relinquendam. POMPEGI TROGI EPI

EXPLIC LIB XXX PRIM. INCIPIT LIB. TRIGISIMUS SECUNDUS

AETHOLI QUIANTIOCHUM IN BELLA RO
mana impulerant. uicto eodem soli aduersus romanos & uiribus
impares. & omni auxilio destituti remanserunt. 7 nec multo post
uicti libertatem quam inlibatam aduersus dominationem

facium emilii militum fugien tes in proelium reuocantes.

athenienſium & ſpartanorum · inter tot grētiae ciuitates ſolae re
tinuerant āmiſerunt. quae conditio tanto amarior illis quan
to ferior fuit. reputantibus tempora illa quibus tantas pārū
opibus domeſticis uiribus reſtitiſſe intō quibus gallorum uio
lentiae. aſiae ttidieq · terribilem · delfico bello fregerintō quae
gloriosa recordatio maius deſiderium libertatis augebat · Dū
haec aguntur. medio tempore Inter meſſenios & achaeos deprin
cipatu primo diſſenſio. mox bellum ortum eſt. in eo nobilis achaeo
imperator philophemenen capitur. non quia pugnando uitae
pepercerit. ſed dum ſuos in plium reuocat. in transitu foſſae equo
prēcipitatus. a multitudine hoſtium oppſſus eſt. quem meſſenii
lacentem · ſeu metu uir tutis. ſeu uerecundia dignitatis interfi
cere ausi non fuerunt. ttaq · uelut in illo omne bellum confec
ſum. captiuum per uniuerſam ciuitatem in modum triumphi
circumduxerunt. effuſo obuiam populo. ac ſi ſuus non hoſtis
imperator aduentaret. nec uictorem achaei audiuiſſent. quam uictum hoſtes uiderunt ·]gitur eundem in theatrum duci
iuſſerunt. ut omnes conuenirentur, quem potuiſſe capi incre
dibile ſingulis uidebatur. inde in carcerem ducto. uerecundia
magnitudinis eius uenenum dederunt. quod ille letus ac ſi uicto
ſe. & accepit. quaeſito prius an lygoriae prōfectus achaeorum quē
ſecundum aſe ēe ſcientia militaris ſciebat. incolumis effugiſſet. 7

Dephilopomene capto & morte eius

Dedito philopo menis mortuus

℔ regis macedonum uenisse⁊. & discepticio in senatu inter demetriū philippi.

quem ut accepit cauisse non in totum dicens male consultum achei
expirauit. Nec multo post reparato bello missenii uincunt⁊
poenasq. inter fecti philopoemenis pependerunt⁊ Inter ea
in syria rex antiochus cum graui tributo pacis a romanis uic
tus onerat⁹q. cet. seu inopia pecuniae compulsus seu auaritia
sollicitatur. qui sperabat se subspeciae tributariae necessitatis
excusatu⁹ sacri legia commissurum. adhibito exercitu nocte
templum didimei iouis adgreditur⁊ quare prodita concursu
insularum cum omni militia interficitur⁊ romae cum multae
graeciae ciuitates questum demetrii philippi ℔ filium. quem
pater adsatis faciendum senatui miserat. & legatos ciuitatum
cet. turba quaercellarum con fusus adulescens repente obticuit.
Tunc senatus uerecundia eius motus⁹q; probata & iam antea
cum obses rome cet omnibus fuerat causam illi donauit. atq.
ita modestia sua demetrius ueniam patri non iure defensio
nis sed patriani o pudoris obtinuit⁊ quod ipsum decreto sena
tus significatum est. ut appareret non tam absolutum regem
quam donatum filio patrem⁊ quae res demetrio non gratiam
legationis sed odium obtrectationis causa offense fuit. indig
nante philippo plus momenti apud senatum per romanam sonā filii
quam auctoritatem patris ac dignitatem regiae maiestatis
habuisse⁊ Igitur pseu pspecta pueris egritudine. cotidiae

exitus antiochi.

Uerecundia demetrii filii regis philippi & impetratione eius apud senatum.

absentem demerium apud eum criminari. & primo minimum p& ri
am suspectum reddere. nunc amicitiam romanorum. nunc pro
ditionem patris ei obiectare. ad postremum insidias sibi a eo pa
ratas confingit. Ad cuius rei probationem inmittit indices. testes
subornat. & facinus quod ab ipse admiserit. quibus rebus compulso
De occiso a patre demetrio. adparricidium patre. funestam omnem regiam facit. Occiso
demetrio sublatoq. aemulo. nonne demetrior tantum per seus
in patrem. uerum & iam contumacior erat. nec heredem regni
sed regem gerebat. his rebus offensus philippus impatientius indi
De mor te philippi. gnior mortem demetrii dolebat. tunc & insidias circumuentum suspi
cari. testes indices q torquere. atq. ita cognita fraude. non minus
scelere per se i quam innocua demetrii mor te praeuentus fuisse.
Nam breui post tempore morbo exegritudine contracto de
cessit. relicto magno belli adparatu aduersus romanos. quo pia
per seus usus est. Nam & gallos scordiscos ad belli societatem p
pulerat. fecissetq. romanis graue bellum. nisi decessisset. namq.
galli bello aduersus delfos infeliciter gesto. in quo maiorem uim
numinis quam hostium senserant. amisso brenno duce. pars in
asiam. pars in thraciam extorres fugerant. inde per eadem ues
tigia qua uenerant antiquam patriam repetiuere. exhis manus quae
in confluente danubii & sabi consedit. scordiscosq. se appellari uoluit. rectos. lgi. ui
cum mantiqua patria tadosum uenisset. comprehensiq. festiue rapuisset. non prius sam
tatem recuperauere. qua aruspicum responsis montis aurum argentumq. belli sacri

legiſ quaeſitum· intoloſenſem lacum mergerent· quod omne mag
no poſt tempore cōcepio romanus conſūl abſtulit· fuere autem
argenti pondo centum decem milia· auri pondo quinquies
deciēs centum milia· quod ſacrilegum· cauſa excidii cōcepioni
exercituq· eius poſtea fuit· Romanos quoq· cimbri belli tu
multus· uelut ultro ſacrae pecuniae inſectum eſt· exgente tecto
ſagorum non mediocris populus praedę dulcedine· yllyricum
repāuit· Spoliatiſq· iſtris inpannoniā conſēdit· hiſtriorum
gentem fama eſt orignem acholchis duce remiſſis abaetae rege ad
argō nautas· raptorem filiae perſequendos· qui ut aponto intrauē
runt hiſtrum· alueos fluminis penitus inuecti· ueſtigia argo nau
tarum inſequenter· nauem ſuam umeris per iuga montium uſq·
adlitus adriatici maris transtulerunt· cognito quod argō iunctę
idē propter magnitudinem nauis, priores ſecissent· quos ut auec
tos cholchon non repperierunt· Siue metu regis, ſiue tedio longę
nauigationis iuxta aquileiam conſedere· iſtriq· exuocabulo am
nis qua mari conſcēderunt· appellati· daci quoq· ſuboles ger
manorum ſunt· quicum orole rege aduersus baſtarnas male
gnibus pugnaſſent· adultionem ſegnitiae· capturis, omnium· capi
ut hostia loco pedum ponere iuſſu regis cogebant· miniſteriaq·
uictae uxoribus quae ipſis ante fieri ſolebant facere· neq· haec an
te mutatae ſunt· quam ignominiam bello acceptam· uirtute

deauro argento· quod intoloſae lacu gallis merent· po ecc accep neſublatum·

R

yllyricum·

de origine hiſtoriorum·

De origine dacor

H· undicti·

delerent. Igitur per seus cum imperio philippi patris successis
set. Omnibus hac gente aduersum romanos insociabilem belli solli
citabat. interim inter prusiam regem adquem annibal post
pacem antiocho a romanis datam profugerat. & eumenem bellū
ortum est. quod prusias annibalis fiducia rupto foedere prior
intulit. namq. annibal cum ab antiocho romani inter ceteras condi
tiones pacis dedicionem eius poscerent. admonitus a rege infu
gam uertit cretam deferitur. Ibi cum diu qui & iam uetam egis
set. inuidiosumq. se propter nimias operum ædificandarum impen
sas. in templo dianę quasi fortunae suae p̄sidia depo
nit. atq. ideo nihil de illo sollicitae ciuitates. quō uelut pignus
opum eius tenebat. ad prusiam contendit. auro suo statuit quas
secum portabat infuso. ne conspectae operum uetustate nocerent. deinde
cum prusias terrestri bello abeuntem nequiquam esset. Ut proelium
in mare transferret. annibal nouo commento auctor uictoriae
fuit. quippe omne serpentium genus. in fictiles lagenas coici iussit. medioq. proelio in naues hostium mittit. id primum
pontici ridiculum uisum. fictilibus dimicare. qui ferro [illegible] in
nequeant. sed ubi serpentibus coepere naues repleri. [illegible] uenenis
Anceps periculo circumuentis hostibus uictoriam cesserunt. Quae
que ubi romam nuntiata sunt. missi a senatu legati sunt. [illegible]
qui utrumq. regem in pacem cogerent. hannibalemq. de

Defecto annibalis miris serpentib. in lagenis

poscerent. ſed annibal recognitae. ſummo ueneno legationem
morte puenit. Inſignis hic annus ſtrium toto arbe maximorum
imperatorum mortibus fuit. hannibalis. & philo poemenis. & ſcipi
onis africani. exquibus conſtat hannibalem. nec tum cum romano co
nantem bello tudia contremuit. nec cum reuerſus cartaginem
ſuum imperium tenuit. aut cubantem cenaſſe. aut pluſquam
ſextario uim indulſiſſe. pudicitiamq. eum tantum inter tot cap
tiuas habuiſſe. ut in affrica natum qui uis negar & moderationis
certe eius fuit. ut cum diuerſarum gentium exercitus rexerit.
neq. inſidiis ſuorum militum ſit petitus quam. neq. fraude ſp
ditus. Cum utrumq. hoſtes ſepe temptaſſent. POMP TROG EPIT
HISTOR LIB. XXX. II. EXPLIC. INCIP. LIB. TRIGISIMUS TERTIUS.

MINORE QUIDEM RERUM MOTU, RO
mani macedonicum quam punicum bellum geſſerunt. Sed tan
to clarius. quanto nobilitate macedones poenos ante ceſſerunt.
quippe cum gloria orientis domitum & auxilio omnium regi
uitabantur. Itaq. romani & legiones plures numero conſcrip
ſerunt. & auxilia a maſiniſſa rege numidarum. & ceteris om
nibus ſotiis acceperunt. & eumeni regi brundiſi denuntiatum.
ut bellum ſummis uiribus iuuare. perſeo pter macedonicum in
uetae opinionis exercitum. decem belli ſumptus a patre paratus
in thesauris & horreis erat. quibus rebus inflatus. oblitus fortune

De morte annibal

De morte temporis affricani.

Laus ſuae hannibalis.

a gr. miſſa rep.

uŏ erẽm alexandri gloriam considerare suos iubebat. prima
equitum congressio fuit. qua victor perseus suspensam omnium
expectationem in fauorem sui traxit. 7 misit tãm legatos ad consulem.
qui pacem pŏ erent. quam patri suo romani dum victo dedissent. 7
impensas belli lege victi susciperent. 7 Sed consul sulpicius nonnu
Decendrionib. sulpicii consulis. nus graues quam victo leges dixit. Dum haec aguntur mŏ ita
men periculosi belli. romani aemilium paulum consulem creant.
eiq. extraordinem macedonicum bellum decernunt. 7 qui cum
Delune defectu. ad exercitum uenisset. non magnam moram pugnae fecit. 7 pridie
quam proelium conseretur. luna nocte defecit. 7 id portentum
per se. omnibus peritis agantibus. finemq. macedonici regni porten
dti uaticinantibus. 7 in ea pugna. m. catho oratoris filius. dum
inter confertissimos hostes insignem ciuem dimicat. equo dilapsus
pedestre proelium ad gerebatur. 7 nam cadentem manipulus hos
tium cum horrido clamore ueluti iacentem obtruncaturus
circumsteterat. 7 At ille. ictus corpore collecto. magnas stra
ges edidit. 7 Cum ad unum opprimendum undiq. hostes conuo
larent. dum procerum quendam pŏ ita gladius ei e manu elap
sus. in mediam cohortem hostium decidit. 7 ad quem recuperan
dum. umbone se protegens. inspectante utroq. exercitu. inter
Defortitudine catonis oratoris filii & recollecto ab hoc inter hostes gladio hostium mucrones sese immersit. recollectoq. gladio multis uul
neribus exceptus. ad suos cum clamore hostium reuertitur. 7

huius audatiam ceteri imitati uictoriam peperere. per seus
rex fugæ cum x milibus talentum samothraciam defertur.
quem cn octauius ad persequendus missus a consule cum du
obus filius alexandro & philippo coepit. captumq; ad consule
duxit. macedonia agrano qui primus inea regnauit usq; p
sen xxx reges habuit. quorum sub regno fuit quidem annis
dcccc xciiii sed rerum non nisi cl duobus annis potita. ita cū
inditionem romanorum cessisset magistratibus per singulas ci
uitates constitutis libera facta est. Legesq; quibus adhuc utitur.
a paulo accepit. aetholorum uniuersarum urbium senatus cū
coniugibus & liberis qui dubiæ fidei fuerant. romam missus. ubiq;
ne in patria aliquid nouarent diu tenetur. egreq; per multos an
nos legationibus ciuitatium senatu ficta gratia. in patriam quisq;
suam remissus est. POMPEII TROGI EPITOMA HISTORIARUM
LIB. XXXIII. INCIPIT LIBER TRIGIMUS QUARTUS.

POENIS & MACEDONIBUS SUBACTIS. ET to
colorum q; uiribus principum captiuitate debilitatis. soli ad
huc exgrecia uniuersa achei nimis potenter tunc temporis ro
manis uidebantur. non propter singularum ciuitatium nimias
opes. sed propter conspirationem uniuersarum. nam q; achaei
lica & per ciuitates uelut per membra diuisi sint. unum tamen
corpus & unum imperium habent. singularumq; urbium pe

reges macedonie

Define regn
macedonici.

ricula mutuis uiribus propulsant. Quaerentibus igitur romanis
causam belli. tempestiue fortuna quaerellae spartanorum ob
tulit. quorum agros achaei propter mutuum odium populaban
tur. Spartanis asenatu responsum est. legatos se adinspiciendas
ressociorum & adiniuriam demendam ingretiam missuros. Sed
legatis occultae mandatae sunt. ut corpus achaeorum dissoluerent.
Singulasq. urbes propriis uiris facerent. quo facilius & adobsequii
cogerentur. & siq. urbes contumaces essent trucidarentur. Igitur
legatio omnium ciuitatium principibus chorintum euocatis. decre
tum senatus recitat. quid consilii habeant aperiunt. expedire omni
bus dicit. ut singulae ciuitates suis iuribus & suis legibus habeant. Quod
ubi omnibus innotuit. ueluti in furorem uersi. uniuersum pere
grinum populum trucidant. legatos quoq. ipsos romanorum uio
lassent. nisi audito tumultu trepidi fugissent. haec ubi romam
nuntiatae sunt. statim senatusconsulto bellum achaicum
decernit. qui extemplo exercitu deportato. & omnibus strenue
prouisis. pugnandi copiam hostibus fecit. sed achaei uelut nihil
negotii romano bello suscepissent. tum apud eos neglecta & soluta
auxilia. & selenen uxorem nupturum hosti priori mariti mittit. Alexandrumq. filium per legatos in regnum reuocat. Cui cum occultatis insidiis exitium machinaretur. occupata abeodem interficitur. Spūmq. non fato sed parricidio dedit. digna prorsus hac mortis infamiaq; & matrem thoro expulit. & duas filias uiduas altero ex suum matrimonio fecit. & filio alteri in exiliū actūm. bellō intulit. alteri erepto regno exitium per insidias machinatus est. Sed nec alexandro caedes tam nefanda inulta fuit. Nam ubi primum compertum est. scelere filii matrem interfectam. concursu populi in exilium agitur. reuocatoq. ptolomeo regnum redditur. qui neq. cum matre bellum gerere uoluisset. Neq. fratre armis repetere quod prior possedisset. testamento reliquerit. herede. pr. instituto. decedit. Iam enim fortuna romana. porrigere se ad orientalia regna. non contenta italiae terminis. Coeperat. itaq. & ea parte ubi prouincia facta est. postea creta aliciaq. pirrhico bello perdomite. in formā prouinciae redigunturq. quo & facto. & syriae & aegypti regna. romana uicinitate. artatāq; incrementa definitimis bellis quaerere solebant. adempto uagandi arbitrio. uires suas in perniciem mutuam conuerterunt. adeo ut ad fidem proelium consumpti. incontempti finitimorum uenerint. praedaq. arabum genti inbelli antea fuerint. quorum rex erotimus. fiducia septingentorum filiorum. quos expeditos habuit susceperat. diuisis exercitibus. Nunc aegyp

Septingentos filios

tum·nunc ſyriam inuaſtabit.magnumq· nomen arabum uiribus
finitimorum ex ſanguinibus fecerat· POMPEI TROGI EPITOMA
HISTORIARŪ LIB XXXVIIII·EXPLIC· INCIP LIB QUADRAGESIM·

MUTUIS FRATRUM ODIIS ET MOX FILIIS
inimicitiis parentum ſuccedentibus· cum inexpugnabili bello &
regis & regnum ſyriae conſumptum eet· ad externa populus aux
ilia concurrit· peregrinosq· reges ibi circumſpicere· Coepit·7
itaq· cum parte mitridatem pontico· parte ptolomeum abae
gypto arcendum censer & occurrere et ei quod ex mitridate
implicitus bello romano eet· ptolomeus quoq· hostis semper fu
isse syriae· omnes integrem regem armeniae consensere· instructi
praeter domesticas uires & partica societate· & mitridatis ad fini
tae·7 igitur accitus in regnum syriae· p· x· & viii· annos tran
quillissimo regno potitus est· neq· bello alium lacessere· neq·
lacessitus inferre alii bellum necesse habuit·7 sed sicut ab hostib· tuta
syria· ita terrae motu uastata est· quo cl xx· milia militum &
multae urbes perierunt·7 quod prodigium mutationem rerum por
tendere aruspices responderunt·7 igitur tigrane a lucullo uicto
rex syriae antiochus cyziceni filius abeodem lucullo appellatur·7
Sed quod lucullus dederat· post ea ademit pompeius· qui poscenti
regnum respondit· neuolenti quidem syriae nedum recusanti
daturum· se regem qui x· & vii· annos quibus tygranes syriam·

hic dic terre
motu periſſe
cl xx· milia
hominum·

tenuit mangulo ciliciae latuerit · uicto autem eodem tigrane
romanis alienos operis premia postul& Igitur ñ vt habenti
regnum non ademerit ita quod gesserit tigrani non daturum ·
quod tueri nesciat · nerursus syriam iudaeorum & rabarum latro
cinijs infestam reddat · atq · ita syriam in prouintiae formam
redegit · paulatim q · orient romanorum discordia consangui
ne eorum regnum factus est · POMPEI TROGI EPITOMA HISTORI
ARV LIB · XXXVIII · EXPLIC · INCIPIT LIBER QUADRAGESIM
PARTHI PENES QUOS UELUT DIUISIONE ORBIS
cum romanis facta nunc orientis imperium est · sertarum ex
ules fuere · hoc & iam ipsorum uocabulo manifestatur · Nam
sertaco sermone exules parthi dicuntur · hi & assyriorum
& medorum temporibus inter orientis populos obscurissimi
fuere · post ea quoq · cum imperium orientis a medis ad persas
translatum est · uelut uulgus sine nomine praeda uictorum
fuere · postremum macedonibus triumphato oriente serui
erunt · ut cuius mirum uideatur · ad tantam eos felicitatem
per uirtutem prouectos · ut imperent gentibus sub quarum
imperio uelut serule uulgus fuere · a romanis quoq · trinis
bellis per maximos duces florentissimis temporibus lacessiti soli
ex omnibus gentibus non pares solum · uerum & iam uictores
fuere · quam quam plus gloriae est inter syria & media per

sic.q· memorata olim regna & opulentissimum illud urbium bac
trianum imperium emergere potuisse. quam longinqua bella
uicisse. & praeter ea cum grauibus sertiar & uicinalibus bellis. ad
siduae uexati uariis periculorum certaminibus urgerentur.
hi domesticis seditionibus sertia pulsi. solitudines inter hyrcanū
& dahas. & areos. & hyparthanos & magianos. furtim occupauere
fines. deinde post ea non intercedentibus primo finitimis. postea
& iam prohibentibus in tantum protulere. ut non immensa tantū
ac profunda camporum. uerum & iam praerupta collium
montiumq· ardua occupauerint. ex quo fit ut partiae ple
raq· finium aut aestus aut frigoris magnitudo possideat. quip
pe cum montes & campos aestus infestet. administratio gentis post
defectionem macedonici imperii subregibus fuit. proximus ma
iestati regum populorum ordo est· ex hoc duces in bello. ex hoc
in pace rectores habent· Sermo his inter sericum medicumq·
medius & utrisq· mixtus. uestis olim sui mo. s. post ea quam acces
sere ope fuit medis. lucida ac fluida armorum patrius ac ser
thicus mos. exercitum non ut aliae gentes liberorum· sed maiorū
partem per uitiorum habent. quorum uulgus nulli manu mit
tendi potestate permissa· ac per omnibus hoc seruis nascentibus
indies crescit. hos pari ac liberos suos cura & aequitate. & sagitta
magna industria docent. locupletissimus utq; quisq; plu

rem in bello equiter regi suo pbā. deniq. antonio bellum par tis
inferenti. cum. L. milia equitum occurrent. soli. cccc. liberi
fuere. Comminus inacie pliari. aut obsessa expugnare urbes
nesciunt. pugnant aut procurrentibus equis. aut tergo dantib.
sepe & iam fugam simulant. ut incautiores aduersum uulnera in
sequentes habeant. Signum his in proelio non tuba sed tympano
datur. Nec pugnare diu possunt. cae^{te}orum intolerandi forent.
Si quantus his est impetus. uis tanta & perseuerantia eet. plerumq.
impto ardore certaminis. proelia deserunt. ac paulo post pug
nam exfugere. petunt. Ut cum maxime uicisse te putes. tunc
tibi discrimen subeundum sit. munimentum ipsi sequisq. lōricae
plumatę sunt. quae utrumq. toto corpore tegunt. auri argentiq.
nullus nisi in armis usus. uxores dulcedine uariae libidinis sin ^{te}.
guli plures habent. nec ulla delecta adulteriū grauius uindicant.
quam obrem feminis non conuiuia tantum uirorum. uerum & iā
conspectum uitet dicunt. carne nonnisi uenatu capta. uescuntur.
equis omni tempore uectantur. illis bella. illis con
uiuia. illis publica ac priuata officia obeunt. super illos
ire. consistere. mercari. colloqui. hoc deniq. discrimen inter
seruos liberosq. est. quod serui pedib. liberi nonnisi equis in
cedunt. Sepultura uulgo aut aquam aut canum laniatus
est. nuda demum ossa terra obruunt. insuper stercoribus

Hinc Hieronim.

atq· cura deorum· praecipuae omnibus ueneratio est. ingenia ge
nitum di· seditiosa· fraudulenta· procaciaq· quippe uiolentiam
uiris· mansuetudinem mulieribus adsignant. semper aut ine x
ternos aut undomesticos motus inquieti· natura tacitis· ad facien
dum quam addicendum promptiores· proinde secunda aduer
saq· silentio tegunt· principibus metu non pudore parent·
in libidinem proiecti· in cibum parci· fidei dicti· promissiq· nulla·
nisi quatenus expedit. post mortem alexandri magni· cum in
ter successores eius orientis regna diuiderentur· Nullo macedo
num dignante parthorum imperium· stagnori externo sortio
tradituR· postea deductis macedonibus in bellum ciuile· cum
ceteris superioris asiae populis emunen secuti sunt. quo uicto
d ad antigonum transiere. post hunc anicatore seleuco· ac
mox abantiocho & successoribus eius possessi. acuius pronepote
seleuco primum defecere· primo punico bello· lucio manlio
bulsionem· atilio regulo· coss· Huius defectionis impunitatem
illis duorum fim regnum· seleuci & antiochi discordia dedit·
Quidum in uicem eripere sibi regnum uolunt· p sequi defecto
res omiserunt· Eodem tempore & iam theodotus mille ur
bium bactrianorum pfectus defecit· regemq· se appellari iussit. q
quod exemplum secuta totius orientis populi· a macedonibus
defecere· Ita erat eo tempore arsaces uir· Sicut incerte originis

ta uir tutus experte. hic solutus latrocinus & rapto uiuere. accep
ta opinione seleucum agallis nasia uictum. solutus regis metu
cum pdonum manu parthos ingressus. pfectum eorum mandra
goran oppressit. Sublatoq. eo imperium gentis inuasit. non
magno deinde post tempore. hyrcanorum quoq. regnum
occupauit. atque tra duarum ciuitatum Imperio pr̃ditus.
grandem exercitum parat. metu cum seleuci & theodoti bactri
anorum regis. sed cito morte theodoti metu liberatus. cum filio
eius & ipso theodoto foedus ac pacem fecit. Nec multo post cum
seleuco rege ad defectores persequendos ueniente. congressus
uictor fuit. quem diem parthi exinde solemnem uelut initiũ
libertatis obseruant. Reuocato deinde seleuco. nouis motibus in
asiam. dato laxamento regnum par tacum formauit. militem legit.
castella munit. ciuitates firmat. urbem quoq. nomine daram in
monte zapaortem condit. cuius loci ea conditio est ut neq.
muniatur quicquam ee. neq. amoenius possit. Tra enim & prup
tis rupibus undiq. cingitur. ut tutelle loci nullis defensoribus
egeat. & soli circumiacentis tanta ubertas. ut propriis opibus
expleatur. fontium ac siluarum ea copia est. ut & aquarum
abundantia irrigetur. & uenationum uoluptatibus exornet.
Sic arsaces. quaesito simul constituto q. regno. non minus memo
rabilis parthis quam persis cyrus. macedonibus alexander. ro

manis romulus matura senectute decedit. Cuius memoriae hunc
honorem parthi tribuerunt. ut omnes exinde reges suos arsacis
nomine nuncupent. Huius filius & successor regni arsaces & ipse
nomine. aduersus anthiochum seleuci filium centum milibus pe
dituum. & xx milibus equitum instructum mira uirtute pugnauit.
ad postremum in societate eius assumptus est. Tertius par
rex priapatius fuit. sed & ipse arsaces dictus. nam sicut supra dictum
est. Omnes reges suos hoc nomine sicuti romani caesares augustos q.
cognominauere. hic acta in regno xv. annis decessit. Relicti duo
filii. mithridate & phraate. quorum maior phraates more gentis
herer regni. ardorem ualidam gentem bello domuit. nec multo p
decessit. pluribus filiis relictis. quibus praetermissis fratrum potissimum
mithridatis insignis uirtus uiro. reliquit imperium. plus regio
quam patrio deberi nomini ratus. postmodum q. patriae quam liberis
consulendum. eodem ferme tempore. sicut imperante mithridate.
ita in bactris eucratides. magni uterq. uiri. regna ineunt. sed par
thorum fortuna felicior. ad summum hoc duce imperii fastigium
eos duxit. bactriani autem pernicia bella uectati non regnum
tantum. uerum & libertatem amiserunt. siquidem sogdia
norum. & drangartanorum. indorumq. bellis fatigati. ad postre
mum ab inualidioribus parthis uelut exsanguis oppressi sunt.
Multa tamen eucratides bella magna uirtute gessit. quibus ad

rtur. cum obsidionem demetrii regis indorum pateretur. cū
ccc. militibus lx. milia hostium assiduis eruptionibus uicit. 7 Demetrius b.
quinto itaq. mense liberatis indiam in potestatem redegit. 7 unde eiectus de
cum se reciperet. a filio quem sotium regni fecerat. interim bractrianis.
imperfectus. 7 qui non dissimulato parricidio uelut hostem n flagitium
patrem interfecisset. per sanguinem eius currum egit. & corpus
abici insepultum iussit. Dum haec apud bractros geruntur.
interim inter parthos & medos bellum ortum. 7 cum uarius utriusq.
populi casus fuisset. ad postremum uictoria penes parthos fuit. 7
his uiribus actus mitridates. mediae bacas in praeponit. ipse in hyr
caniam proficiscitur. 7 unde reuersus bellum cum elimeorum rege
gessit. 7 quo uicto. hanc quoq. gentem regno adiecit. imperiumq.
parthorum in monte caucaso multis populis in dicionem redac
tis. usq. flumen euphraten protulit. 7 ita aduersa ualitudine ad
reptus. non minor arsace pro auo. gloriosa senectute decessit.

POMP. TROG. HIST. LIB. XL. EXPL. INCIP. LIB. XLI. PRIMUS. 7

POST NECEM MITRIDATIS PARTHORUM
regis. phrahates filius rex factus. 7 qui cum inferre bellum in
ulcionem temptat. ab antiocho parthici regni syriae facta
sset. & seruarum motibus ad sua defendenda reuocatur. 7 nāq.
sors eum auxilium parthorum aduersus antiochum syriae re
gem mercede sollicitauit. cum confecto bello iam super uenis

sent. & calumnia tardius lata auxilii mercede fraudarentur. dolen
ter tantam tineris frustra emensum. cum uel stipendium prouexi
tione. uel alium hostem dare sibi poscerent. superbo responso of
fensi. finem parthorum uastare coeperunt. Igitur frahates cum
aduersus eos proficisceretur. adtutelam reliquit himerum
quendam puertate & uicarii officio babylonios multasq. alias
ciuitates in portunie uexauit. ipse autem frahates. exercitum
grecorum quem bello antiocho captum superbe crudeliter q.
tractauerat. in bellum secum ducit. immemor prorsus quod
hostiles eorum animos nec captiuis minuerit. & insuper iniuri
arum indignitas exacerbauerat. itaq. cum in lucteam parthoz
aciem uidissent. arma adhostes transtulere. & diu cupitam
captiuitatis ultionem. exercitus parthici. & ipsius phrahatis regis
cruentae cede exsecuti sunt. in huius locum artabanus pater
ur eius rex substituitur. Ille autem contenti uictoriae de
populatae parthia in patriam reuertuntur. sed & artabanus
bello thorius inlato. in brachio uulneratur. statim decedit huic
mitridates filius succedit. cui res gestae magni cognomen dedere.
quippe claritatem parentum. aemulatione uirtutis acce[ss]it.
animi magnitudine sup gredit. Multa igitur bella cum fi
nitimis magna uirtute gessit. multosq. populos parthico reg
no addidit. Sed & cum scythis prospere aliquoties dimicau.

Ubi flore concatenatio quorundam nimiae crudelitate oblitus & uitae praeteritae.

ultorq; iniuriae parentum fuit. Ad postremum orto ad Ti. ar
meniorum regi bellum intulit. Sed quo in armeniam transi
tum facimus origo eius paulo altius repetenda est. Neq; enim De armenioꝝ
silentio regnum tantum praeteriri fas est. cum fines post par origine.
thiam omnium regnorum magnitudinem superent. Siquidē
armenia a cappadocia usq; mare caspium. undecies centum mi
lia pass. sed in latitudinem milia passuum septingenta porrigit.
condita est autem a barmenio iasonis thessali comite. quem cum
perditum propter indignum periculosumq; regno suo uirtutē
pelias rex cuperet. denuntiatis militiae in cholchos habere iubet.
pellemq; arietis memorabilem gentibus reportare. sperans in Aureū uellus.
certum uiri aut expericulis tam longae nauigationis. aut ex
bello tam profundae barbariae. Igitur iasone diuulgata opi
nione tam gloriosae expeditionis. cum ad eum certatim princi
pes iuuentutis totius fere urbis concurrerent. exercitum
fortissimorum uirorum qui argonautae cognominati sunt
comparauit. quem cum magnis rebus gestis incolumem reduxisset.
rursum apeliae filius thessalia magna ui pulsus. Cum ingenti
multitudine quae ad famam uirtutis eius ex omnibus gentibus
cottidiae confluebant. comite medea uxore quam repudiatā
miseratione exilii rursum recepit. et medio priuigno. ab
egeo rege athenien sium genitum cholchos repetiit. eo cerūq;
etiam regno pulsum restituit. magna deinde bella cum fini

timis gessit. captaq. ciuitates partim regno socero adabolen
dam superioris militiae iniuriam. qua filiam eius medeam abduxe
rat. & filium aegialium interfecerat. adiunxit. partim populis
quos secum adduxerat adsignauit. primusq. humanorum post
herculem & liberum qui regis orientis fuisse traduntur. eam caeli
plagam domui se dicatur. populis quibus studium & amphistratii
Deorigine albanor auriga castoris & pollucis. duces adsignauit. Cum albanis foe
dus percussit. qui herculem extudia ab albano monte cum gerio
ne extincto armenta eius per italiam duxerit. recti dicuntur.
quiq. memores italicae originis exercitum. cn. pompei bello
mithridatico fri salutauere. itaq. iasoni totus ferme orientis cir
cumiacens diuinos honores templaq. constituit. quae parmeni
on dux alexandri magni. post multos annos diruta fuisse. Ne
Deorigine medorū. cuiusquam nomen in oriente uenerabilius quam alexandri est.
Post mortem iasonis. medus aemulus uirtutis eius. In honorem
matris medeam urbem condidit. regnumq. ex nomine suo me
dorum constituit. sub cuius maiestatis oriens post ea imperium fuit.
Albanis uicinae amazones sunt. quarum reginam thalestrem concu
Albani fuisse ne amazones de armenio. bitum alexandri posse. multi auctores prodidere. Armenius quo
q. & ipse thessalus. unus de numero ducum iasonis. recollecta multi
tudine equestri amisso iasone rege passim uagabatur. armeniam condit.
A cuius montibus egregius fluuius. modicus primo incrementis nascitur.

inter iecto deinde ꝑaliquanto ſpacio ſubterraſmergitur· atq· rur
poſt quinq· & xx· milia paſſuum· grande iam flumen in regione
ſofoene mergitur· Sic in paludes euphrates recipitur· Igitur mithri
dates rex parthorum poſt bellum armeniae· propter crudeli
tatem a ſenatu parthico regno pellitur· ⁊ fr̃s eius orodes cum reg
num uacans occupaſſet· babyloniam quo mithridates confugerat diu
obſid& & fame coactos in deditionem oppidanos compellit· ⁊ mithri
datem dum fidutiae cognationis· ultro se in poteſtatem orodis trahit· ⁊
ſed orodes plus hoſtem quam fratrem cogitans· in conſpectu ſuo tru
cidari iuſſit· ¶ Et poſt haec bellum cum romanis geſſit· craſſumq· im
peratorem cum filio & omni exercitu romano deleuit· huius ꝑ
filius ꝑcorus miſſus ad perſequendas romani belli reliquias· mag
nis rebus in ſyria geſtis· in parthiam patri ſuſpectus reuocatur· ⁊
quo abſente· exercitus parthorum relictus in ſyria· a caſſio quaeſto
re craſſi· cum omnibus ducibus trucidatur· his tam geſtis· non mag
no poſt tempore· romanis inter caeſarem pompeiumq· ciuile bel
lum oritur· ⁊ in quo parthi pompeianarum partium fuere· & ꝓp
ter amicitiam cum pompeio bello mithridatico iunctam· & prop
ter craſſi necem· cuius filium in partibus caeſaris ee audierant·
quem ultorem patris· uictorem in caeſare futurum non deliberabãt· ⁊
taq· uictis partibus pompeianis· & caſſio & bruto auxilia aduer
ſus aũg & antonium miſere· & poſt belli finem· rurſum ꝑcoro

Deorede
aquo cum
filio craſſus
extinctus
eſt.

duce: initæ cum labieno societ: syriam & asiam uastauere: castraq·
uenti dii qui post cassium absente pacoro exercitum particum
fuerat magna mole adgredit̃ur· Sed ille simulacro timore
diu contin̄uit se: & insultare parthos aliquantis per passus est: 7
ad postremum insecuros laetosq· par tẽ legionum emisit: 7 qua
rum impetu fusi parthi· in diuersa abiere· pacorus cum fugi
entes suos adduxisse: cum legiones romanas putaret: castra uen
ti dii ueluti sine defensoribus adgreditur· 7 tum uenti dius reli
quae parte legionum emissa uniuersam parthorum manū
cum rege ipso pacoro interfecit· Nec ullo bello par tium
quam maius uulnus acceperunt· 7 haec cum in parthia nun
tiata essent: oroden pater pacori qui paulo ante uastatam
syriam: occupatam asiam a parthis audierat: uictorem que
pachorum romanorumq· gloriabatur: repente filii morte
& exercitus clade audita: ex dolore in furorem uertitur: mul
tis diebus non adloqui quemquam· non cibum sumere· non
uocem mittere· lta ut etiam mutus factus uideretur· 7 post
multos deinde dies: ubi dolor uocem laxauerat: Nihil ali
ud quam pachorum uocabat: pacorus illi uideri· audiri uide
batur: cum illo consistere: interdum quasi amissum flebiliter
dolebat· Post longum deinde luctum alia sollicitudo miseran
dum senem inuadit: quem exnumero xxx· filiorum in locum

Victoria uenti dii de parthis

pacori ost. regem destin& multae pelices exquibus generata
tanta iuuentus erat. prosius quoq; sollicitę animum senis ob
sidebant. sed fatum parthi effecit. inquadam quasi sollemne
est regem parricidas haberi. ut sceleratissimus omnium. & ipse
frahates nomine rex fieri retur. haq; statim quasi nollę
mori patrem interfecit. fris quoq; omis xxx. trucidat. sed nec
infilius cessant parricidia. nam cum infestos sibi optimates
propter assiduas scelera uideret. ne eet qui nominari rex
possit. adultum filium interfici iubet. huic antonius propter
auxilium aduersus se & caesarem latum bellum cum sedecim
ualidissimis legionibus intulit. sed grauiter multis proeliis
uexatus. ad parthia refugit. qua uictoria insolentior frahates
reddit. cum multa crudeliter consuleret. in exilium apo
pulo suo pellitur. haq; cum magno tempore finitimas cau
tes. ad postremum scythas praecibus fatigasset. scytharum
maximo auxilio in regnum restituitur. hoc absente regem
parthi tiridatem quendam constituerant. qui audito ad
uentu scytharum cum magna amicorum manu ad caesarem
in spania bellum. Tuno temporis gerentem profugit. obsi
dem caesari minimum frahatis filium ferens. quem neglegen
tibus custodibus rapuerat. quo cognito frahates legatos
statim ad caesarem mittit. seruum suum mitridatem. &

De sceleribus phrahatis.

filium remittꝰ sibi postulat⁊ caesar & legatione aue frahatis
audita & tiridatis postulata cognitis. Nam & ipse restitui in
regnum desiderabat. iuris romanorum futurum parthiam ad
firmans. sicuis regnum muneris eorum fuisset. neq. tiridatem
dedituru se parthis dixit. neq. aduersus parthos tiridati
auxilia dicturum⁊ netamen per omnia nihil acaesare optendam
tuin uideretur. & frahatis filium sine praetio remisit. & tirida
te quoad manere apud romanos uellet opulentum sumptu
preberi iussit. Post haec finito hispaniensi bello. cum in syriam
adcomponendum orientis statum uenisset. metum frahatis in
cussit. ne bellum parthiae uellet inferre⁊ itaq. tota parthia
captiui ex cassiano. Siue antonii exercitu recollecti. Signaq.
cum his militaria augusto remissa. Sed & filii nepotesq. frahatis
obsides augusto dati. pluresq. caesar magnitudine nominis sui
fecit. quae ante arma facere aliis imp potuisset. POMP. TROG. FINIT LIB.

HISTORIAR. LIB. XL. PRIM. EXPLIC. INCIP. LIBER. XLI. TERTIUS.

PARTHICIS ORIENTALIBUSQUE ACTIS TOTUS PRO
pe modum orbis rebus explicitis. ad initia romanae urbis
Trogus ueluti post longam peregrinationem domum reuer
titur. ingrati ciuis officium existimans. si cum omnium gentium
res gestas inlustrauerit. desolata tantum patria taceat⁊ bre
uiter igitur initia romani imperii praestringit. ut nec mo

H. motteti

dum propositi operis excedat nec utiq; originem urbis quae est
caput totius orbis silentio praetermittat. Italiae cultores pri
mi aborigines fuere. quorum rex saturnus tantae iustitiae fuisse
dicitur. ut neq; seruierit quisquam sibillo. neq; quicquam pri
uatae rei habuerit. sed omnia communia & indiuisa omnibus fuerint.
ueluti unum cunctis patrimonium eet. Obcuius exempli memori
am cautum est. ut saturnalibus ex aequato omnium iure. passim
inconiuii serui cum dominis recumbunt. Itaq; italia regis nomi
ne saturnia apellata. & mons in quo habitabat saturnus. In
quo nunc ueluti abioue pulso sedibus suis saturno capitolium
est. Post hunc tertio loco regnasse faunum ferunt. subquo
e uandelicia barchadiae urbe pallanteo, in italiam cum medi
ocri turba popularium uenit. cui faunus & agros & montem
quem ille post ea palatium appellauit. benigne adsignauit. Et
in huius radicibus templum lyceo. quem greci pana. romani lu
per cum appellant constituit. Ipsum dei simulacrum. nudum
caprina pelle amictum est. quo habitu nunc rome luperci lib.
decurritur. Fauno uxor fuit nomine fatua. quae adsiduae di
uino impleta ueluti per furorem futura praemonebat. unde
adhuc qui inspirari solent. fatuari dicuntur. Exfilia fauni et
herculis eodem tempore extincto gerione armenta uic
toriae praemia per italiam ducebat. stupro conceptus latinus

Caput orbis

Deinitius romanor

Attende more

Saturnia.

faunus

palatium

Templū lucī ī quē Grecī
pana/ Romani lupercū

fatua.

procreatur. quo tenente regnum aeneas abilio troia agrecis
expugnatae. in italiã uenit statimq; bello exceptus cum inaci
em exercitum eduxit & adconloquium uocatus. tantùm abom
nationem sui latino praebuit. ut & in societatem regni recipere &
& lauinia in matrimonium ei data. gener adsciscere tur. post
haec commune utriusq; bellum aduersum turnum regem ru
tulorum. propter fraudatas lauiniae fuit nuptias. inquo & tur
nus & latinus interiere. Igitur cum aeneas iure uictoriae utro
q; populo potiretur. urbem ex nomine uxoris lauiniã condi
dit. bellum deinde aduersus mezetiam etrusc. & etruscorum regem
gessit. inquo cum ipse occidisset & in locum eius ascanius filius suc
cessit. qui lauinio relicto. longam albam condidit. quae. ccc.
annis caput regni fuit. Post multos deinde huius urbis reges
ad postremum numitor & amulius regno potiti sunt. sed amul
lius cum uitae aetatae potiorem numitorem oppressisset & filiam
eius ream inperpetuam uirginitatem, nequis uindex regni
uiriliter exstaret exgente numitori oriretur. demersit. addita
iniuriae. specie honoris. ut non damnata. sed sacerdos electa
uideretur. Igitur clausa in luco martis sacro. duos pueros
incertum fratres an ex marte conceptos. enixa est. quo
cognito amulius. multiplicato metu proauitae duorum.
pueros exponi iubet & puellã uinculis onerat. ex quorum

Intende Historiã.

Cur pastor fuit aud
id qd dicere nolo

inuria decessit. ⁊ Sed fortunę origini romanę prospiciens: pueros lupę alendos obtulitq; amissis catulis distentę ubera exinanire cupiens: nutricem se infantib· prębuit. ⁊ cum sępius ad parulos uelut ad catulos reuerteretur: rem faustulus pastor animaduertit: subtractorq· ferę inter gregem pecorum agresti uita nutriuit. ⁊ marciores pueros fuisse: siue quod in luco martis enixa fuit: siue quod alupa quae in tutela martis est nutrita· uelut manifestus argumentus creditum. ⁊ nomina pueris: alteri remo· alteri romulo fuere. ⁊ adultos inter pastores: deuitate cottidiana certamina: & uires & pernicitate auxere; ⁊ igitur cum latrones: rapina pecorum industriae frequenterq· submouerent: remus a b is dem latronibus captus: & uelut ipse eet quod malus prohibebat regi offertur. crimen dicitur: quasi gregem numitoris infestare solitus eet. Tunc a rege numitori in ultionem traditur: ⁊ sed numitor adulescentia iuuenis permotus: & insuspitionem exposita nepotis adductus: cum eum nunc luminum eorum filiae similitudo· nunc etas expositionis tempori congruens: anxium tenerent· repente faustulus cum romulo superuenit. ⁊ aquo origine cognita puerorum· facta conspiratione: & adulescentes in ultionem maternae necis: & numitor in uindictę ereptu regni armantur. ⁊ occiso amullio· regnum numitori restituit.

ubi lupa gemi nos aluit.

& urbs romana adulescentibus condit̃ur. ⁊ tunc & uicanis con
uiuia pastorum dedignantibus: uirgines sabinę rapiuntur.
finitumisq; populis arma subiectas, primo italiae & mox im-
perium urbis quaesitum. ⁊ per ea tempora adhuc reges hastas pro
diademate habebant: quas graeci sceptra dixere. Nam & ab
origine rerum, prodit in mortalibus uetere es hastas coluere.
hastas proda demate fuisse Obcaus religionis memorium. adhuc deorum simulacris hastę
adduntur. ⁊ temporibus tarquinii regis: exasia focensium ui
uentus ostio tyberis inuecta: amicitiam cum romanis iunxit. ⁊
Demassiliensibus Inde inultimos galliae sinus nauibus profecta: massiliam inter
ligures & feras gentes gallorum condidit magnasq; res siue
fenus gentes gallo dum armis: seu aduersus gallicam fertilitatem tuentur: siue
dum ultro lacessunt aquibus fuerant antea lacessiti. gessere. ⁊
Namq; focenses exiguitate ac macie terrae coacti studiosius
mare quam terras exercuere: piscando. mercando. plerumq;
Glorie habebat. & iam latrocinio maris: quod illis temporibus gloriae habe
batur: uitam tolerabant. ⁊ itaq; inultam ain oceani ora pro
cedere ausi. in sinum gallis ostio rodani amnis deuenere. ⁊
cuius loci amoenitate capti: reuersi domum. referentes, que
uiderant. plures sollicitauere duces clarissimos & proles fu
ere. ⁊ itaq; regem segobrigorum nannum nomine: in cuius fi
nibus urbem condere gestiebant. amicitiam petentes:

Conueniunt⁊ forte eo die rex occupatus in apparatu nuptiarum
gyptar filiae erat quam, more gentis, electo inter epulas genere
nuptum tradere illic parabat. Itaq. cum ad nuptias inuitati
omnes processissent, rogantur & iam greci hospites ad conuiuium.⁊
Introducta deinde uirgo cum iuberetur a patre aquam por
rigere ei quem uirum eligeret. tunc omissis omnibus ad grecos
conuersa aquam prota porrexit⁊ quifactus ex hospite gener
locum condendę urbis a socero accepit⁊ condita igitur massi
lia est prope hostia rodani amnis in remoto sinu uelut in an
gulo maris. sed ligures incrementa urbis inuidentes, grecos adsidu
is bellis fatigabant⁊ quipericulo propulsando in tantum entu
erunt. ut uictis hostibus in captiuos agros multas colonias
[illegible] constituerint⁊ abhis igitur galli & usum uitae cultu
oris deposita ac mansuę facta barbaria & agrorum cultus uiri barbaria.
& urbes moenibus cingere didicerunt. Tunc & legibus non
ar mis uiuere. tunc & uitem potare. tunc oliuam referre con
sueruntⁿ adeo quę magnus & hominibus & rebus inpositus est
nitor. ut non gretia in gallicam emigrasse⁊ Sed gallia in gre
tiam translata uideretur⁊ mortuo rege nanno, segobrigios
aquo locus acceptus condendae urbis fuerat. cum regno filius
eius comanus successisset. ad firmandę quodam regulo quandoq.
massiliam extrio finitimis populis fiduciam. opprimendamq.

inipso ortu nemo ualidior ipsum obruere subnectat & il
lam fabulam canem aliquando partem grauidam locum
unde fabula. a pastore praecario petisse inquo pareret quo obtento te
rato posisse ut sibi educare eodem in loco catulos liceret & ad
postremum adultis catulis fultam domestico praesidio pro
prietatem loci sibi uindicasse non aliter massilienses qui nunc
inquilini uideantur dominos quandoq regionum futuros hir
notatur rex insidias massiliensibus extruit itaq solemni flo
raliorum die multos fortes acstrenuos uiros hospitio iure
in urbem misit plures sub latenter frondibusq super
tectos inducit uehiculis iubet ipse cum exercitu in proximis
montibus delitescit ut cum nocte apraedictis aperte por
tis forent tempestiue ad insidias adesset urbemq
nam somno aculeo inose putant armatis inuadere sed has
insidias mulier quaedam regis cognita prodidit qua
per adulte ra ad ulterare cum greco adulescente adsolitam in amplexu iu
mmissa mac uenis miserat ac formae eius insidias aperuit periculumq de
prodit insi clinare iubet ille rem statim ad magistratus defert atq ita
dias. pace facta insidiis cuncta luguri comprehenduntur laten
tesq desis pius protrahuntur quibus omnibus inter fectis
insidianti regi insidiae tenduntur caesa cum ipso rege hos
tium septem milia exinde massilienses festis diebus portas

claudere. uigilias agere. stationes in muris obseruare. peregrinos
recognoscere. curas habere. ac uelut bellum habeant. sic urbem
pacis temporibus custodire. adeo illic bene institutae nomen
porum necessitate. sed recte faciendi consuetudine seruantur. Sic fmole
Post haec magna illis cum liguribus. magna cum gallis fuere bel
la. quaerenti urbis gloriam auxit. Huic autem grecorum multi
plicata uictoria celebrem inter finitimos reddidit. Carthagi
ensium quoq. exercitus. cum bellum captis piscatorum na
uibus orsum esset. saepe fuderunt. pacem quoque uictis dederunt.
cum hispanis amicitiam iunxerunt. cum romanis prope ab initio
conditae urbis foedus summa fide custodierunt. auxiliisq. in
omnibus belli industriae socios inuenerunt. quaerenti illis. huic
fiduciam auxit. & pacem ab hostibus praestitit. Cum igitur
massilia. & fama rerum gestarum. & abundantia opum. & huic
um gloria uirente floreret. & repente finitimi populi. ad nomen
massiliensium delendum. uelut ad commune extinguendum
incendium. conciurrunt. duce consensu omnium catumandor
regulo eligitur. qui cum magno exercitu lectissimorum ui
rorum. urbem hostium obsideret. per quam speciem tor
pe mulieris. quae sedeam dicebat. exterritus ultro pacem cum
massiliensibus fecit. pactoque. ut intrare illi urbem & deos eorum Deminerue
adorare liceret. & cum Minervae templum ingressus uenisset. conspecto forma proma
siliensibus.

porticibus simulacro deae quam perquietem uiderat repente
exclamabat illam ee quae se nocte exterruisset illam, qui rece
dere ab obsidione iussisset & gratulatusq. massiliensibus quod
animaduertere eos ad curam deorum inmortalium per ti
nere. torq. aureo. redonatae deae inperpetuum amicitiam
Massiliensib. aurum datum quo gallico mane captum trae remorsa. cum massiliensibus iunxit. pactu pace & securitate fundate
reuertenter ad delfis massiliensium legati. quo missi munera
apollini tulerant. audierant urbem romanam a gallis capta
incensamq. quare dominuntiata. plublico funere massiliense
prosecuti sunt. aurumq. & argentum publicum priuatumq.
contulerunt. ad explendum pondus gallis. a quibus redemp
Ignominiosa pax tam pacem cognouerant. Ob quod mertum. & inmunitas illis
decreta. & locus spectaculorum insenatu datus. & foedus aequo
iure per cussum. in postremo libro. trogus maiores suos ad quos con
tus originem ducere. auum suum trogum pompeium. ser to
De parentib. trogi pompei. riano bello. ciuitatem a C.N. actam pompeio per cepisse. patruum
mitridatico bello. turmas equitum sub eodem pompeio duxisse. patrem quoq. sub gaio caesare militasse. epistolarum q. &
legationum. simul & anuli curam habuisse. POMPEI TROGI EPI
TOMA HISTORIARUM LIB. XLIII. EXPLIC. INCIP. LIB. XLIIII.

HISPANIA SICUTI EUROPE TERMINOS
claudit. Ita & huius operis finis futura est. hanc uetere rab

hibero amne primum hiberiam · postea ab hispalo spaniam
cognominauerunt · haec inter affricam & galliam positam ·
oceani freto & pyreneis montibus claditur · Sicut minor utra
q· terra · ita utraq· fertilior · Nam neq· ut affrica uiolento sole
torretur · neq· ut gallia adsiduis uentis fatigatur · sed media
inter utrumq· hinc temperato calore · inde felicibus & tempesta
tium imbribus · in omnia frugum genera fecunda est · adeo ut
non ipsis tantum incolis · uerum & iam italiae urbiq· romanae
cunctarum rerum abundantia sufficiat · Hinc enim non
frumenta tantum magna copia est · uerum & uini · melliq· olei
q· nec ferri q· solum materia praecipua · sed & aequorum per
mices greges · Sed nec summa tantum terrae laudanda bona
uerum & abstrusorum metallorum felices diuitiae · lam lini
spartiq· uis ingens · minii certe nulla feracior terra · In hac
cursus amnium · non torrentes rapidiq· ut nocent · sed leues
& uineis campisq· irrigua est · Piscosi quoq· oceani adfatim
pisces · pleriq· & iam diuites auro quod in paludibus uehunt ·
uno tantum pyrenei montis dorso adhaerent galliae · reliqui
partibus undiq· in orbem mari cingitur · forma terrae pro
pe quadratae · nisi quod artatur freti litoribus impe
rfecta cogit · porro pyrenei montis spatium · sexcenta milia
passus efficit · salubritas caeli per omnem hispaniam aequalis ·

Lugdunie

quia aeris spi. nulla paludium grauu nebula infic̃tur. hac
accedunt et ma_rinę aurę undiq. uęr sus adsidui flatus.
quibus omnem prouinciam penetrantibus euentu_ letio re
restri spū. pręcipue omnibus sanitas redditur. 7 corpora ho
minum ad inaediam laboremq; animi. ad mortem parati.
dura omnibus & adstricta parsimonia. bellum quam
otium mallunt. 7 si extraneus deest. domi hostem quęrunt. 7
Attaccha. sępe tormentis prosilentio rerum creditarum immortui.
adeo illis fortior tacitur nitatis cura: quam uitae 7 cele
bratur. & iam bello punico. serui illius patientia: qui ul
tus dominum. inter tormenta risu exultauit. serenq;
Deseruo qui inter torm tu risu exul tauit. lętitia crudelitatem torquentium uicit. 7 uelocitas
genti pernix. inquies animus. 7 plurimis militares equi et
arma sanguine ipsorum cariora. 7 nullus infestis diebus epulas
apparatus. 7 aqua calida lauari. Post secundum punicum
bellum a romanis didicere. 7 intanta setas seriae. nullus illis
dux magnus. praeter uitriacum fuit. qui annis. x. roma
nos uaria uictoria fatigauit. 7 adeo feris propria. quae
Accipite. hominibus ingenia gerunt. 7 quem ipsum non iudicio
populi electum. sed ut cauendi scientem. declinar ndorũq; s.
fuit. ut cum consulcres exercitus frequenter uicerto.
tantus rebur gestis. non armorum. non uestis cultum.
s. periculorũ. peritũ secuta. s. Cuius ea uictus continentia q.

Nondeniq· uictum mutauerit· sed in eo habitu quo primum
bellare coepit· perseuerauit· ut qui uir gregarius miles· ipso
imperatore opulentior uideatur· ⁊ in lusitanis iuxta fluui
um tagum· uentre equas foetas concipere· multi auctores
prodiderẽ· ⁊ fabulae ex equarum fecunditate· & gregum
multitudine natas sunt· quia tanta in gallicia ac lusita
nia & tam pernices uisuntur· ut non immerito uentre ipso
concepti uideantur· ⁊ gallici autem graecam sibi originem
adserunt· Siquidem post finem troiani belli· thucrum
morte auiae fratris inuisum patri telamoni· cum non re
peteretur in regnum· cyprum concessisse· atq· ibi urbem
nomine antiq· patriae salamine condidisse· inde accepta
optione paternae mortis· patriam repetisse· ⁊ sed cum
ab eurysace auiae filio accessu prohiberetur· hispaniae
litoribus adpulsum· locauit ubi nunc est carthago· nauem occu
passe· Inde galliciam transisse· & postea sedibus genti
nomen dedisse· ⁊ galliciae autem portio, ampli loci dicup·
regio cum aeris columbi uberrima· tum & minio· quo deti
uicino flumini nomen dedit· auro quoq· ditissima· adeo
ut etiam arctro frequenter glebae aureae exaedant· ⁊
In huius gentis finibus sacer mons est· quem ferre uolu
ri nefas habetur· ⁊ sed si quando fulgore terra proscisa

In lusitania uentre equo concipere

De gallicia

est quodinhis locis adsidua requiescit. detectum aurum uelut
dei munus colligere permittitur. & femine res domestice
agrorum q. culturas administrantes. ipsi armis & rapinis
seruiunt. & praecipua hisquidem ferri materia. sed aqua
ipso ferro uiolentior. quippe temperamento eius, ferro
Ibi calides. acrius redditur. Neo ullum apud eos telum probatur.
quod non aut birbili fluuio. aut carbi tinguatur. &
unde & iam calides. fluii huius finitimi appellati. ferroq.
ceteris praestare dicuntur. & saltus ferox arcessiorum. inquib.
titanas bellum aduersum deos egressisse proditur. incolu
rex & argoris mellem. ere cur eres. quorum rex uetustissimus gargoris. mellis
colligendi usum primus inuenit. & huic cum ex filia aestu
prone por prouenisset. pudore flagitii uarius generibus
extingui paruulum uoluit. & sed omnes casus fortuna
quadam seruatus. ad postremum ad regnum tot perica
lorum miseratione peruenit. & primum omnium cum eo
exponi iussisset. & post dies ad corpus exposita requirendum
Vtende Jstoria. mississet. inuentus est uario ferarum lacte nutritus. Deinde
relatum domum. tramite angusto p quem armenta com
meare consueuerant. proicia iubet. crudelis prorsus. qui pro
culcari nepotem quam simplici morte interfici maluit. &
Ibi quoq. cum minuolatur eet. nec alimentis egere. Canib.

primo ieiunii. & multorum dierum abstinentia cruciatur.
mox & iam suibus obiecit. Itaq. cum non solum non noceret.
uerum & iam quarundam uberibus aleretur. Adulatum
inoceanum abici iussit. tum plane manifesto quodam numi
ne inter furentes aestus ac reciprocantes undas. uelut naue
non fluctu no uehereture. leni salo in littore exponitur. Nec
multo post. ceruae ad fuit. quae hubera paruulo offer & in
inde deniq. conuersatione nutricis eximia puero pernici
tas fuit. Interq. ceruorum gregem diu montes saltusq. aut
inferior uelocitate peragrauit. Ad postremum laqueo cap
tus. regi dono datus est. Tunc & liniamentorum similitu
dine & exnotis corporis q̃ nuptę paruulo fuerant. nepotis agni
tus. admiratione. deinde tot casuum periculorum q. abeo
dem successor regni destinatur. nomen illi impositum habe habetię.
tur. qui ut regnum accepit. tantae magnitudinis fuit. ut
non frustra deorum maiestate tot periculis ereptus uidere
tur. quippe. & barbarum populum regibus uinxit. & bouem
primus aratro domari. frumentaq. sulco quaerere docuit.
& agresti cibo mitiora uetere odio eorum quae ipse passus
fuerat. homines coegit. huius casus fabulosi uiderentur.
ni & romanorum conditores lupa nutriti. cr & rus. rex per sarū. Cyrus cane alue.
canę latus prodere tur. ab hoc & ministeria sedulia po

pulo interdicta. & plebs in septem urbes diuisa. mortuo abide.
regnum per multa secula absuccessoribus eius retentum. 7
in alia e parte hispaniae. & quae exinsulis constat. regnum pe
nes gerionem fuit. 7 in hac tantae pabuli laetitia est. ut nisi absti
nentia inter pellata signa fuerit. pecora rumpantur. Inde
deniq. armenta gerionis. quae illis temporibus soleo per
habebantur. tamq; fame fuere. ut herculem exasia prede
magnitudine inlexerint. Porro gerionem ipsum non tripli
cis naturae ut fabulis prodatur. fuisse ferunt. sed uere tamq;
concordiae extitisse. ut uno animo omnes regi uiderentur.
nec bellum herculi sua sponte intulisse. Sed cum armenta
sua rapi uidissent. amissa bello repetisse. Post regna deinde
hispaniae. primi chartaginienses imperium prouinciae oc
cupauere. Nam cum quide tania tyro. unde & cartagini
ensibus origo est. sacra herculis per quietem iussi in hispani
am transtulissent. urbem q. ibi condidissent. inuidentibus
incolentibus, nouae urbis, finitimis hispaniae populis. ac prop
ter ea gaditanos bello lacessentibus. auxilium consanguineis
chartaginienses misere. sibi felici expeditione. & gaditanos
ab iniuria uindicauerunt. & maiorem partem prouinciae
imperio suo adiecerunt. 7 post ea quoq. hortantibus primae
expeditionis auspicijs. amilcarem imperatorem. cum manu

\rede de gerione

magna adoccupandam prouinciam misere. quimagnis
rebus gestis. dum fortunam inconsultius sequitur. ininsidias
deductus occiditur. inhuius locum. gener ipsius hasdrubal
mittitur. qui & ipse seruo hispani cuiusdam, ulciscentis do
mini iniustam necem. interfectus est. & maior utroq. annibal
imperator amilcaris filius succedit. Siquidem utriusq. res
gestas super gressus. uniuersam hispaniam domuit. Inde
romanis inlato bello. italiam per annos sedecim uariis cladi
bus fatigauit. cum interea romani missis in hispaniam.
Scipionibus. primo poenos prouincia expulerunt. postea
cum ipsis hispanis grauia bella gesserunt. Nec prius pdo
mita prouinciae uiribus hispani accipere potuerunt. quā
caesar augustus. per domito orbe. uictricia ad eos arma
transtulit. populumq. barbarum ac ferum. legibus ad
cultiorem uitae usum traductum. in formam prouinciae
redegit. ⁊ . . hic gereon

Amilcar occisus aser.

flectere si nequeo superos Acheronta mouebo.

thermopilarū

Thermopilæ

thermopilarū.

fletus.

Iosep̄h marie. simeonis. subdit. thermopilarū

Cantabit uacuus coram latrone uiator

173

coram i

Cantabit uacuus coꝝ latrone uiator
Petrus scandit equũ. uos uos mea carmina secũ

Ut os sensus pedibus. quattuor ibit equus.



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN

Handsc.
79
Fol.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN




UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN



UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
GIESSEN